



BIBLIOTECA NAZ.
150
D
4
NAPOLI


BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
D
4
NAPOLI







CHRISTOPHORI SAXI
ONOMASTICON LITERARIVM,

ſive

NOMENCLATOR
HISTORICO-CRITICVS

PRAESTANTISSIMORVM OMNIS AETATIS, POPVLI, ARTIVMQ. FORMVLAE SCRIPTORVM.

item

MONVMENTORVM *maxime* ILLVSTRIVM;

AB ORBE CONDITO

vſque

SAECVLI, *quod vivimus*, TEMPORA

DIGESTVS,

ET

SIMILIBVS, QVANTVM FIERI POTVIT,

ANNORVM NOTIS

ACCOMMODATVS.

E recognitione longe auctiori et emendatiori, ita, vt non tam EDITIO ALTERA, quam novus omnino Liber cenſeri debeat.

TRAIECTI AD RHENVM,

apud GISB. TIEM. à PADDENBURG, ABRAH. à PADDENBURG, & IOH. VAN SCHOONHOVEN, & SOC. Bibliopolas.

MDCCLXXV.



SERENISSIMO CELSISSIMOQVE

PRINCIPI

GUILIELMO V.

ARAVSIONIS. ET. NASSAVIAE

PRINCIPI

SEPTEMPLICIS. BATAVORVM. CIVITATIS

TERRA. MARIQ.

HEPTARCHAE

HEREDITARIO

REI PVBLICAE. STATORI

ACADEMIARVM. BATAVARVM

MVSAGETAE

BONARVM. ARTIVM. EXISTIMATORI

HOMINVMQ. ERVDITORVM. FAVTORI

PIO. FELICI. SAPIENTI. IVSTO

S.

CELSISSIME PRINCEPS,



Quod munus chartaceum ad TVAE *Serenitatis* pulvinar depono, id quidem prima ſpecie non ſatis dignum TVA faſtigii altitudine videri poſſit, ſed ſi momento quodam ponderetur, haud ſcio, an cuiquam mortalium maiori iure, quam TIBI vni, debeatur. Duplicem enim perſonam ſuſtines, alteram ab eminenti Natalium ſplendore, alteram a multiplici rerum arduarum, et magnarum, quibus praees, cura profectam. Vtriuſque certe rationes in huius, quem TIBI offerre audeo, libri cenſum non tam vocari poſſe, quam ſponte ſua venire et cadere videntur. Intuitu principalis Fortunae TVAE nemo inficias ibit, tantam inter eos, qui rei publicae gubernacula tenent, et qui literarum ſacris operantur, neceſſitudinem intercedere, vt neutrorum ſine alterutrius ſeu praeſidio, ſeu miniſterio, hoc eſt, ILLORVM permanens ad immenſum paene tempus gloria, horum contra ſalus, et incorruptus quarumcunque artium ſenſus intelligi poſſit. Quid enim Regum et Principum res magnifice fortiterque geſtae, niſi probabiliter ſcribentium ingenio et literis immortalitati commendentur? Quid viciſſim eruditionis ſtudia, niſi ILLORVM favore, auctoritate, honore, praemiis ornentur et nutriantur? Hoc nomine *Aegyptus* ſuis olim gloriata eſt *Ptolemaeis*: *Roma Octavianum Caeſarem*, Saeculumque *Auguſteum*, neſcio an vere, beatum et florens iactauit; *Adriani* ſaltem poſthac, *M. Aurelii*, *Alexandri Severi*, aliorumque ſubinde Auguſtorum fama

ma et ad literas propenſione ſe extulit: *Germania* ſuis Caeſaribus *Friderico* II. et *Maximiliano* I. *Francia Carolo M. Henrico* IV. et *Ludovico* XIV. regibus geſtiit: *Hungaria* ſuum admirata eſt *Matthiam Corvinum: Hispania Alphonſum* X. Caſtellae & Legionis Regem, laudibus in coelum ſuſtulit: denique vt aliarum gentium ſive in toga, ſive in bello heroës ſilentio praeteream, *Etruria Coſmum* ſuum *Medicen* grandiori voce et pleniori velut ore celebrauit. Sed quid antiquos, quid exteros commemoro? domeſticis *Batauorum* annalibus non vnum de *illuſtriſſimis* gentis TVAE *Proauis*, vnde liberalior doctrinarum ſcientia vel ortum, vel cultus dignitatem accepit, opportune nominantibus. *Hollandia* profecto *Lugdunenſi* Academia, tamquam ocello ſuo, laetari non potuiſſet, niſi *Tripatruus* ille TVVS, alter rei publicae Camillus, GVILIELMVS I. eius auctor, et ſignifer extitiſſet. Quid? ſuperius Saeculum an tot Mathematices, Architectonices militaris, aliarumque ſimilium artium et fautores, et doctores tuliſſet, ſi *Tripatrui* TVI *Filiorum*, MAVRITII, et FREDERICI HENRICI, at quantarum animarum! domus cunctae *Bataviae* quaſi ludus quidam et officina huiusmodi ſtudiorum non patuiſſet? ILLE enim, velut alter *Demetrius Poliorcetes*, militarem Graecorum et Romanorum diſciplinam in vitam et vſum reuocauit: HIC vero a FRATRE inſtauratam roborauit et amplificauit. Neque tamen IDEM alter pacis bonorum fuit immemor, ſed in imperiis magiſtratibusque ſic verſatus eſt, itaque bonos libros, tamquam venuſtiſſimos *Caeſaris Commentarios*, in ſinu velut ſuo geſtauit, et legit, vt maius belli fulmen fuerit, an mitius, placabilius, Muſisque amicius ingenium habuerit, iure dubites. Par et gemina GVILIELMI LVDOVICI, *Adpatrui* TVI, *Friſiae*, *Groningae*, et *circumia-*

centium agrorum ſummi Praetoris, illius *Herculis Maſagetae*, celebratio fuit, quem inter armorum ſtrepitus, tubarum clangores, tormentorumque tonitrua de duabus Academiis *Franequerana*, et *Groningana* cogitaſſe, earumdemque feliciter condendarum ſignum ſuſtuliſſe grata ſemper memoria recolet poſteritas. Ne quid dicam de eiusdem *Guilielmi Ludovici* ex fratre IOHANNE II. Naſſavio, nepote, IOHANNE MAVRITIO, *Batauae* olim per *Braſiliam coloniae* Praefecto, mox ſub auſpiciis Octoviri Brandenburgici Ducatus Clivienſis vicario Rectore, in cuius *Muſeum antiquorum lapidum* verius, quam *Mauſoleum Bergendalenſe* nemo hodie coniicit oculos, quin ſimul intelligens conditoris et ſubtile videndis artibus iudicium agnoſcat et praedicet: adulationis certe notam haudquaquam metuo, ſi PARENTIS TVI Sereniſſimi, GVILIELMI IV, exemplo nullum in eo genere nobilius, nullum praeſtantius, nullum ad huius virtutis aemulationem potentius fuiſſe libenter prae me tulerim. EIUS quippe tirocinii in literis poſiti locupletiſſima teſtis fuit cum Academia *Franequerana*, tum *Traiectina Pallas* noſtra: adultioris viriliſque EIUS aetatis non pauci extiterunt praecones, et adhuc eruditi homines reperiuntur, quos ILLE, in *Friſiis* adhuc degens, ſingulari humanitate, honoribus, et beneficentia complexus eſt: neque ad HEPTARCHAE culmen evectus de prolixo erga bonas artes amore ſuo quicquam remiſit, ſed non minus mirabilium naturae operum, quam veterum numorum, ſignorum, marmorumue reliquias, grandi aere emtas, in quibusdam palatinae Domus ſuae diaetis, velut in Sacrario, Hagae Comitum reponi, et harum rerum ſcientiae avidis per Myſtagogos oſtendi iuſſit. Quae cum ita ſint, atque TV, *Amabiliſſime* PRINCEPS, imagines ſtirpis & gentilitatis TV-

AE

AE cummaxime mutas, vultus TVI comitate, sermonis facilitate, rerum similitudine, totoque vitae TVAE habitu, animales spirabilesque reddas, numquis aptiorem TE, cuius sub auspiciis hoc *Fastorum literariorum* genus prodiret, vel animo fingi, vel reperiri potuisse sibi persuaserit? Neque tamen haec sola duntaxat renatae per TE maiorum TVORVM virtutis, et temporum felicitatis causa subfuit, cur huius libri frontem splendidissimo TVO nomine ornandam esse iudicarem, sed alia longe gravior ratio, excelsae quippe dignitatis locus et gradus, in quo *Providentia divina*, *communis* Batavorum *lex*, et *Natalium ius* TE collocauit, huiusmodi velut officii et observantiae tributum a me suo iure postulare videbatur. Cum enim tot capitum apud TE cura et salus excubet, TVque e specula velut TVA observare soleas, quemadmodum se vnusquisque gerat in retinenda muneris sui religione, meum quoque esse putaui, TIBI, *Indulgentissime* PRINCEPS, qualiumcunque actorum meorum rationem vltro reddere, simul, quam laboraverim, voluerim certe, ad cognoscendos omnium artium, inprimis Historiae, Eloquentiae, Antiquitatis, et Philologiae fontes Academiae nostrae civibus viam sternere, huiusmodi tabularum seu ministerio, seu argumento, TIBI, qua decet, cultus reverentia significandum esse censui. Quae institutionis meae ratio & disciplina si TIBI, *Integerrime* pariter atque *Illustrissime* IVDEX, non displicuerit, nihil profecto in vita mea erit, quo magis laetabor, nec male in erudienda iuuentute Academica aetatem & vires me consumsisse existimabo. Interea faxit DEVS immortalis, vt TV, *Optime* PRINCEPS, rebus humanis, *Populis*que *Batauis* diutissime felicissimeque intersis, vt quam in TE, TVAque CONIVGE *Regia* laetissimam, certissimamque SOBOLIS olim profutu-

rae

rae fpem habet DOMVS ARAVSIACA, eamdem in TE, TVISque praefidii voluptatem perennaturam *civitatis Batauae* uniuerfitas perfentifcat, denique vt TVVM, TVORVMque nomen, ad feros nepotes commemorandum, tam civilium, militariumue rerum, quam *Literariarum Annalibus* non interrupta temporum ferie praefulgeat. Quod devota mente precatur

SERENISSIME CELSISSIMEQ;
PRINCEPS

TVVS

debita pietate & obfequio
CHRISTOPHORVS SAXIVS.

ONO:

ONOMASTICI LITERARII

PARS PRIMA,

FONTES OMNIVM ARTIVM *PRIMARIOS*;

hoc eſt,

VETERIS duntaxat AEVI SCRIPTORES, praecipue GRAECOS ET LATINOS,

AB INITIIS RERVM HVMANARVM,

VSQVE AD

INTERITVM PRINCIPATVS ROMANORVM,

hoc eſt,

Annum poſt C. N. CCCCLXXV.

EDENS.

LECTORI

LECTORI

Communium literarum, et aequitatis ſtudioſo

Salutem & Officia

CHRISTO. SAXIVS.

Poſt diuturnas trium, et, quod excurrit, annorum, faſtidiique pleniſſimas operarum moras tandem *Prima* ONOMASTICI mei LITERARII *Pars* in lucem prodit, de cuius inſtituto et finibus non ſatis recte et ex mea ſententia iudicatum iri praevideo, niſi prius, quid ſpectarim, quodue conſilium tenuerim, aut qua in re potiſſimum elaborare conatus ſim, cuiusue hunc NOMENCLATOREM vtilitatis et fructus eſſe poſſe cenſeam, occupatis ſimul et remotis nonnullorum reprehenſiunculis, breviter docuero. Equidem illorum ſubinde gloriationem imitari nolo, qui ſaepius, quid in pueritia amauerint, quid dudum in Scholarum trivio legerint, vana recolere memoria, et in Antelogiis librorum ſuorum oſtentare ſolent. Cuiusmodi profecto res neque narrare, neque ſcire cuiusquam intereſt. Enimvero, tametſi primis iam tirocinii mei Academici temporibus, cum ad liberalium artium vniuerſitatem animum appellerem, me optare meminerim, vt *Index Scriptorum* veterum et recentiorum *Chronologicus* mihi praeſto eſſet, cuius vicem praeter nonnullorum, tamquam *Chriſto. Schraderi*, Helmſtadienſis, *Tobiae Gutberlethi* ad *Ruperti Obſeruationes Beſoldianas*, *Theodori Bergeri*, Coburgenſis, aliorumque Hiſtoriae vniuerſae Epitomatorum Tabulas Chronologicas, paene ſola tum *Joh. Iac. Friſii*, Tigurini, *Bibliotheca Philoſophorum Claſſicorum Authorum Chronologica*, *Tiguri.* 1592. 4. *Joh. Henr. Boecleri de Scriptoribus Graecis & Latinis ab Homero ad initium Saeculi XVI. Poſt C. N. Commentatio Poſtuma*, Argentorati, 1674. 8. & *Beni. Hederici Notitia Auctorum antiqua & media*, *Witebergae* 1714. 8. edita praeſtabat; tamen omnis tunc mentis agitatio intra votum ſub-

ſubſtitit, neque prius ipſe Scriptorum cuiuscunque aevi cenſum quemdam inire apud animum ſerio conſtitueram, quam ad publici doctoris locum et gradum evectus. Poſtquam vero ſingulari DEI *immortalis* Numine e patriis *Saxoniae*, nominatimque *Lipſiae*, veteris illius et perpulchri Muſarum domicilii, ſedibus ad *Batavos* meos excitus ante duo et viginti annos in illuſtri hac Academia *literarum humanitatis*, hoc eſt, vt communi omnium ſenſu, iudicioque conſtat, *Hiſtoriae*, *Rhetorices*, vtriusque *antiquitatis*, ſeu *Graecae*, ſeu *Romanae*, item veterum librorum *Hermeneutices* diſciplinam regere iusſus eram, multae profecto rationes ſuberant, et hortabantur, quare iſtam demum mihi rem cogitandam, ſuſcipiendamque putarem. In quibus tamen omnibus nullam ad huius conſilii vim perſequendam graviorem recordor, quam hanc impulſionem mihi extitiſſe, quod, vti antea ſaepe, ſic illo potiſſimum tempore vulgare quoddam excitandorum teſtium Cacoëthes animadverteram, quo fieri paſſim cernebam, vt non literarum modo tirones, ſed docti etiam homines in ſcribendo, approbando, diſceptandove obvios quosque rerum et ſermonis auctores ſine diſcrimine boni an mali, claſſici an capite cenſi, vinctae an ſolutae orationis auctores, veteres an recentiores eſſent, corradere verius, quam aetatis, dignitatis, & fidei quadam velut trutina examinare et aeſtimare ſolerent. Eam vero conſuetudinis, et iudicii prauitatem non aliunde, niſi ex neglecta temporum ſerie, fontiumque, vnde omnis doctrinae ſubtilitas manare debet, cum rivulis confuſione natam eſſe intelligebam. Cui vel orienti, vel ingraueſcenti morbo remedium allaturus id mihi negotii datum eſſe credidi, vt *Hiſtoriae Literariae*, non illius, quae ſecundum praeclarum quidem et cultum Cel. *Heumanni Conſpectum Reipublicae Literariae* cum fructu illuſtrari ſubinde, non raro tamen in Περιεργίαν, et Μικρολογίαν degenerare ſolebat, ſed ingenii humani memoriae, in archetypis librorum monumentis expreſſae, variarumque artium moderatricis, initia Academicis meis tradere conarer. Cum enim *Literatura* ſive *Hiſtoria Literaria* maximam partem ſit *ingeniorum cuiuscunque ordinis et aevi principum*, *librorumque memorabilium probabilis ſcientia*, huius ſane finitionis ratione et natura cogitur, non omnia minute nos conſectari oportere, ſed ſolos vniuscuiusque aetatis fontes, aut fontibus ſimillimos:

quos-

quosque Scriptores memoria et cognitione dignos videri. Vanum quippe eruditionis nomen, nihili humanitatis vox, et merus sine mente sonus est, nisi variae multiplicisque lectionis copia subsit: nihili quoque lectio, sine illius, quod in suo genere vel necessarium, vel optimum pulcherrimumque, vel vtilissimum iudicatur, sensu. *Tardi* certe *ingenii est*, vt alia in causa pulchre ait *Cicero*, II. *Orat.* 27. *riuulos consectari, fontes rerum non videre.* Vti enim flumina quo remotiora sunt a suis capitibus, eo lutulentiora fluunt, tracta vndique secum spurcitie, & harenarum colluvie; sic ingenii et artium studia quo longius absunt a fontium veritate, et archetypa Scriptorum fide, tanto fiunt incertiora, corruptiora, inquinatiora. Immo, si veri falsique cubilia indagare, si vetustam et penitus insitam saepe opinionum levitatem ex hominum animis evellere, et de variis rerum et verborum causis subortas lites dirimere velimus, non vno in loco consistere, sed omnes interdum cuiusque aetatis vel artium inuentores, vel perfectores, vel instauratores in consilium vocare, audire, & sequi nos oportere ipsa ratio conformatioque doctrinae iubet. Cui tamen loco sic vulgo occurri solet. Quid opus est omnis aetatis ingenia librosque consectari, et annumerare, cum literarum, iudicii, et orationis elegantia salubri optimorum paucitate constare possit? Fateor si de sola bene dicendi facultate ageretur, suffecturos nobis tres quatuorue ex legitima antiquitate illustriores scribendi artifices esse. Vsus enim, rerum magister, nos docuit, sola *Terentii*, *Ciceronis*, *Caesaris*, *Livii*, similiumque lectione & imitatione quam plurimos auorum, patrum, et nostra memoria disertos et eloquentes extitisse, neque recuso, qvin *Iac. Facciolati*, eximii quondam *Patavinorum* oratoris, consilium vehementer probetur, quod in *Oratione* II. ad *Humanitatem* nobis persuasit, nempe tironibus *ad Latinam eloquentiam informandis nocere librorum copiam*, (p. 19.—35. *Orat.* eius *Patav.* 1729. 8.) At enim inter *Eloquentiae*, et *Historiae*, *Grammatices*que, sive *Philologiae*, quam olim *πολυμαθείαν*, nunc splendidiori sonantiorique vocabulo Εγκυκλοπαιδείαν vocant, fines multum interest. Quod ad Eloquentiam spectat, cum *stultissimum* sit, iudice *Plinio* I. *Epist.* V. 13. *ad imitandum non optima quaeque proponere*, dilectu sane Scriptorum opus esse inprimis, eosque demum, qui ceteris praestant,

 am-

amplectendos, versandosque esse nemo vel mediocriter doctus negabit. Sed Historia, et Grammatica, siue Critica latissime euagatur, conquiritque quod omnis aetas vsquam habet boni, veri, & vtilis. Sicuti enim artium humanarum infinita propemodum vis et amplitudo est, ita librorum etiam, vnde ingenii, studii & doctrinae quoddam qvasi pabulum sumitur, vberior notitia esse debet. Neque eius solum annorum circuitus, quo artes maxime floruerunt, et secundum quidem temporum seriem isti sunt doctores cognoscendi, vt constet, quid quisque ex quoque hauserit & transumserit, sed rudioris quoque & semibarbarae aetatis Scriptores haud raro legendi et peruolutandi sunt cum propter insignia melioris aeui fragmenta, tum propter rerum, quas narrant, argumenta.

Haec similiaque animo mecum reputanti qui in eo scholarum genere verba praeiret nullus tum mihi visus erat aptior, saltem parabilior magister esse, quam *Boeclerus*, praesertim cum eius *de Scriptoribus Graecis & Latinis Commentatio*, ut minus latine dicitur, mox in hac vrbe 1700. mox *Lugduni Batavorum* 1729. octonis, sigillatim typorum machinis transscripta esset. Verumtamen vix semel, iterum, tertium hanc Epitomen secutus eram, cum mihi succurreret illud *Demeae Terentiani* in *Adelphis*, rem, et vsum semper aliquid apportare monentis, *quae tibi putaris prima, in experiundo vt repudies*; (nam interpretando demum, quid ardui, quid boni, quid tralatitii in libris insit, discimus,) proinde quin harum tabularum formula a me omnino deserenda esset, non amplius dubitaui. Tam lubrica enim Scriptorum velut stirpe et continuatione sine neruis articulisque fluctuabat, tam crebra optimorum praetermissione, terrae contra filiorum medii aeui male sedula commemoratione peccabat, tot denique erroribus temporum, et hominum, tamquam, ne de aliis dicam, *Luciferi Cafaratini*, pro *Caralitani* nutabat, vt non semel mirarer, quid caussae *Iac. Gronovium*, magnae celebritatis, nec obesae profecto naris virum, impulerit, cur eiusmodi libellum, neque rarum, neque carum, *Boecleriana* certe eruditione & nomine indignissimum *Thesauri* sui *Graeci Tomo* X. a p. 995. inseruerit. Id si ausus fuisset *Salengrius*, quot Censori suo poenas non daturus fuisset? Eodem pacto cuidam in posterum, novi antiquitatis Romanae Corporis molitori, in mentem venire posset

An-

Antiquitatum Romanarum brevem Descriptionem, nec optima latinitate confectam, nec vno contaminatam errore, cum aliis maioris momenti & pretii libris copulare. Sed suo quisque colligendi iudicio, per me licet, vtatur. Nemini molestus esse volo.

Id solum meo periculo didici, *Boeclerum*, etsi in plerisque aliis rebus *Berneggero*, *Freinshemio*, *Scheffero*, tribulibus suis, seu fama, seu praestanti ingenio minime secundum, tamen huic, quam animo conceperam, institutionis causae, non tam ejus, quam generi eius *Ulrici Obrechti* culpa, qui affectas Soceri sui chartas, vt adultam virginem liberali custodia septam, domi continere debuisset, imparem nec satis idoneum mihi contigisse ducem. Quo facto dubius, quem alium huius consilii auctorem legerem, parum absfuit, quin *Jo. Iac. Frisii Bibliothecam* typis renovandam curarem. Sed postquam hanc ipsam quoque non pauca continere animadverteram, quae vel ad fabularem et civilem potius historiam, quam ad hunc locum pertinebant, vel eiusmodi subinde Scriptorum censum agebant, quorum nihil praeter obscuriorem nominis famam, superest, vel temporum ordines, inutiliter quippe a reliquis dissociata *Serie Patrum*, interrumpebant, vel quae denique a recentioribus *Frisio* viris doctis dudum erroris conuicta & emendata erant, illam quoque cupiditatem languescere & infringi passus sum, donec ipse proprium mihi velut studium ludumque parerem. Cum igitur certus deficeret Mystagogus, omnes divinarum atque humanarum artium Scriptores primarios, quorum libris superstitibus mentes ad humanitatem et virtutem informari possunt & debent, non secundum rerum genera, aut *Quatuor Facultates*, vt semidoctum pariter, atque semilatinum vulgus cogitat & loquitur, sed suis temporum cancellis, et annorum velut decuriis dispensare coepi, eorumque Chronotaxin ante sedecim circiter annos sub *Onomastici Literarii* Indice eo consilio promulgaui, non modo vt in illo disserendi velut pelago audientibus discentibusque cynosura praesto esset, sed etiam vt mihi deinceps, et aliis in vtriusque *Bibliothecae Graecae et Latinae*, veri Polyhistoris, *Ioh. Alberti Fabricii* Labyrintho Filum quasi Ariadneum subministraretur. Nemo enim omnes, quotquot vetus, aut proxima vetustati aetas Scriptores effudit, ita in numerato ha-

habere poteſt, vt nuſquam haereat & titubet, hoc eſt, vt numquam ad libri vllius opem reſpicere cogatur, aut omni Nomenclatore, qui occulte quaſi latus fodicet, ſuperſedere ſe poſſe glorietur. Quocirca nonnihil gratiae apud harum literarum ſtudioſos me initurum esſe ſperaui, ſi illis ſimul quemdam quaſi Pinacothecae libellum pugillarem in manus traderem, qui non modo omnis ordinis & aetatis Scriptores ſine diſcrimine Theologi, an Grammatici, Iĉti, an Oratores, Medici, an Poëtae, et Philoſophi esſent, in vno conſpectu poneret, ſed etiam ſine quaerendi moleſtia non tam latiores temporum fines indicaret, quam certorum & veriſimilium, quibus quisque vel ingenio claruisſe, vel honoribus eminuisſe, vel alia denique inſigni opera memoriam ſui conſecrasſe videbatur, annorum facem praeferret. Non enim floruisſe dici poſſunt Scriptores, cum naſcuntur aut moriuntur, quippe quae natalium & mortis ſigna cum multis aliis hominum millibus communia habent, ſed cum ſcripto, aut alio quodam illuſtri monumento iubaris ſui radios vel ſpargere coeperunt, vel maxime ſparſerunt, vt non vno loco vir ſummus *Scaliger*, in *Animadverſionibus*, ad *Euſebii Chronicon* MDCCCCLXXVII. p. 160. et MMXCI. p. 200. recte iudicauit. Atque in hoc calculorum genere, ſeu CHRISTI natalibus vetuſtiori *Eduardum Simſonium*, ſeu illis recentiori *Antonium Pagium*, ſeu vtrobique paſſim *Io. Alb. Fabricium*, ratiocinatores certe maxime populares, ſecutum me eſſe memini. Neque enim poſt tot excellentium hominum curas multum me novi iactare et reperire potuiſſe mihi perſuaſi, ſed vt diſiectam paſſim et latiſſime patentem ingeniorum memoriam, temporum luminibus, tamquam gemmis, diſtinctam, in parvum anguſtumque locum, qui vno oculorum obtutu cerni poſſit, concluderem, id potiſſimum animo intendi. Quam tamen operam haud proclivem & moleſtiae expertem fuiſſe vnusquisque intelliget, qui ſimile quicquam tentauit. Interim hoc mihi periucunde accidit, quod huiusmodi tum Indicis conatus, et adumbratio ingenue doctis per Batavos et Germanos hominibus, (nam livoris macie correptos, et faſtu turgidos numqvam moratus ſum,) praecipue IOH. GASP. HAGENBVCHIO, at quanto, & quam ſubtili apud *Turicenſes* literarum antiſtiti, vtinam adhuc ſuperſtiti! non displicebat,

bat, de cuius iudicio gloriari hoc loco possem, nisi id ipsum in eius *Excursus Literarii de Theophylacto, Bulgariae Archiepiscopo, Missus Sexti Reliquis, Turici*, 1761. 4. §. CXXXVII. p. 46. legi, quam a me repeti mallem. Inprimis ea voluptatis merces vehementer me recreauit, & refecit, cum hujus *Nomenclatoris* ministerio aliquot erectae indolis iuuenes se incendi passos esse animadverterem, vt cum optimis veterum libris quamdam familiaritatem contraherent, alios, vt aliquanto minori, quam ante, ieiunitate de veri, pulchri, & recti sensu in artium bonarum, praesertim historiae vniuersae, & eloquentiae causis iudicare discerent.

Atque haec de primae editionis conditione et fortuna. Nam qui circa istud tempus nescio quid de *Reinesii Eponymologico* suspicati erant, illos nunc, credo, summae temeritatis pudebit: ideoque a refricanda pristini doloris, & Camarinae movendae tristitia ratio voluntasque mea longissime abhorret.

Simulatque vero labentibus aliquot annis *Onomastici* illius exempla in Sosiorum tabernis frustra quaeri coeperant, honestissimique mercium librariarum institores a me petierant, vt libelli typis instaurandi facultatem ipsis darem, aliquantisper, quid agerem, simpliciterne pristinas eiusmodi tabulas in gratiam Scholarum domesticarum renovare iuberem, an supplendis, quae antea omissa erant, Scriptorum nominibus, tum indicandis recentiorum librorum, vnde maius cognitionis scientiaeque subsidium comparari potest, locis, aliaue Obseruationum siluula spissiorem libri formam effingerem, et communi omnium vsui accommodarem, deliberaui. Quo facto non multo post animum subeunte metu, ne multiplicatis aliarum scholarum negotiis mihi in posterum ab *Historiae Literariae* studiis sigillatim regundis abstinendum esset, alterum sane consilium de dilatandis libri finibus, priori antiquius mihi visum fuit.

Quamobrem ad libelli recognitionem conuersus id primum dedi operam, vt superioris editionis quasi fundum, denuo subactum et mollitum, quibusdam velut rationum Chronologicarum loliis purgarem, eumdemque verisimilioribus annorum numeris cultiorem, expositis simul argumentorum notis uberiorem et specie ornatiorem redderem. Neque enim tali sum pertinacia et obstinatione sententiae, vt in tanto temporum intervallo, vastoque itinere,

si

ſi mihi ſomnum obrepſiſſe, aut memoria me lapſum eſſe, aut aliquid praetermiſiſſe intellexerim, errorem confiteri nolim. Immo ad ſeueriores annorum calculos aliquoties reuocatis Scriptoribus haudquaquam veritus ſum ſententiam meam mutare, vt exempla ſuperiorum tabularum, cum harum exemplis, tamquam *Apollonii Rhodii*, *Gemini*, Rhodii, *Diophanti*, *Palladii*, Geoponici Latini, *Heſychii*, Lexicographi, *Plinii Valeriani*, *Commodiani*, *Vulcatii Gallicani*, *Iulii Capitolini*, *Chirii Fortunatiani*, *Ephraemi*, *Macarii* minoris, *Prudentii*, *Didymi* Alexandrini, *Sexti Rufi*, *Tabulae Peutingerianae*, *Probae Falconiae*, *Stobaei*, *Cl. Marii Victoris*, *Johannis Caſſiani*, *Priſci Panitis*, *Feſti Avieni*, *Marii Mercatoris*, *Maximi Taurinenſis*, *Coelii Sedulii*, *Proſperi Aquitanici*, *Orientii*, *Eutocii Aſcalonitae*, & aliorum, contendentibus apparebit.

Deinde quoniam praecipuos cujuscunque aetatis, doctrinae, & artis magiſtros a remotiſſima hominum memoria usque ad noſtra vitae tempora nominare & referre decreueram, quod vnius Codicilli finibus coërceri non poterat, totum hoc annalium genus in tot abire partes iuſſi, in quot vulgo omnis Hiſtoriae diſciplina, videlicet in *Antiquam*, *Mediam*, & *Novam*, dispertiri ſolet. Iisdem enim intervallis, quaſi moris et reſpirationibus temporum, aeque *Hiſtoriam Literariam*, atque *Hiſtoriam Vniuerſam*, cuius illa comes & cuſtos perpetua eſſe debet, interpungi velim, quoniam hac commemorationis ſerie nihil eſt, quod artium origines, incrementa, diminutionem, corruptelam, & reſurgentem illarum dignitatem melius clariusque demonſtret. Inde quoque triplex Scriptorum genus naſci, ſua ſponte intelligitur. Vnum *primariis e Fontibus* conſtat, alterum *Fontes ſecundarios* cum quibusdam *Fontium primariorum Reductoribus* complectitur; tertium denique reſiduos quorumcunque *Fontium Reparatores*, *Imitatores*, *Interpretes*, vno verbo recentiores omnis ſapientiae & artium doctores effundit.

In *primariis* haud dubie *Fontibus* ſunt, quotquot ab orbe condito ſive in Ebraeorum, ſive Graecorum, ſive Romanorum gente vſque ad *Saeculi* poſt C. N. *Quinti* ad finem vergentis, tempora floruerunt. Cuiusmodi circiter limitibus, quos nonnulli mature nimis intra *Conſtantini M.* principatum coarctare, alii nimis late usque ad *Carolum M.* porrigere ſolent, cuiusmodi, inquam, termi-

minis *Veteris Aevi* velut orbem circumſcribi oportere non modo paulatim ſeneſcens aptae et concinnae pulchritudinis tam in artibus, quam in omni librorum et monumentorum genere, laus et virtus declarat, ſed etiam barbararum gentium Herulorum, Oſtrogothorum, Langobardorum, incurſionibus fracta et conculcata civitatis Romanae per occidentis ſolis regiones dignitas cumulate perſuadet. Atque hos ſolos, tanquam claſſicos, exhibet *PARS PRIMA*, eiusque *Analectorum* Sylloge, quam noviſſimam tanto facilius mihi condonabit Lectorum humanitas, quo religioſius curabo, vt, quae nunc extra Onomaſtici velut ſepta errare videbuntur, ea ſuo loco, communi quippe *Partis Primae*, & *Secundae Indice Elementario*, in viam et priſtinas ſedes reducantur.

Ad *ſecundarios* autem *Fontes*, *primariorum*que *Fontium Aemulos*, referre ſoleo omnes eiusmodi Scriptores, inde a Saeculi poſt C. N. Quinti vergentis temporibus, vsque ad exitum Seculi poſt C. N. XV.mi claros, qui, ſi quid habent praeclari, id totum vel e primariis Fontibus hauſerunt, vel rerum ſui temporis ſilvae & materiae debuerunt, ſine quibus annalium literis muta penitus futura fuiſſet *Medii Aevi* hiſtoria, vel inter ſcribendi ſordes haud obſcuris quarumdam artium veſtigiis impreſſum & fixum eſt, vel denique excuſſo barbarieiiugo ad nitorem, integritatem, et quaſi ſanitatem veterum librorum reuocari coeptum. Quorum ſingulorum, non plane caerite cera dignorum hominum memoriam inſtaurabit *PARS SECVNDA*.

Tandem, quos modo ante recentiores divinarum atque humanarum artium magiſtros nominaveram, eos noviſſimorum Saeculorum XVI.mi, XVII.mi, & XVIII.mi Triga foecundiſſimo partu edidit, neque tamen ſatis adhuc ſcio, an *PARTIS TERTIAE* circumſcriptio omnes huiusmodi ſuo loco capere poſſit. Qua de re ampliare, quam ante quicquam polliceri & definire praeſtat. Id certum & ſtatutum animo habui, curare, vt in vnoquoque horum generum cenſu dilectus & iudicii legibus obſequerer, nec omnium promiſcue Scriptorum, praeſertim *Secundi* & maxime *Tertii* generis nomina laudarem, niſi idoneis de cauſis memorabilia, & ad literarum communium dignitatem profutura. Quid enim? ſi omnes medii aevi & ſequentium temporum Theologaſtros, Philoſophaſtros, Formularios ICtos, Empiricos,

Chronographos, Poëtaſtros commemorare voluiſſem, undenam initium cepiſſem, vbi finem reperiſſem? Neque etiam doctos homines vano honorum gradu & loco, aut munerum granditate, ſed ingenio, bonitateque librorum metiri & aeſtimare licet. Ideoque, fieri potuit, vt non pauci, in quorum, cum viuerent, fortuna, titulis, & imaginibus ſtupuit vulgus, poſt mortem velut obliuione & reticentia poſterorum ideo ſepelirentur, quod olim inſtar cochleae herbigradae, & domiportae ſuo artis tabernaculo numquam exierunt, aliarum rerum omnium, inprimis literarum, rudes & incurioſi. Attamen obuertere quis poſſit: Fac in quibusdam *ſecundi* & *tertii* generis Scriptoribus praetermiſſionem nominum condonari poſſe, et debere, num eadem in primariis Fontibus veniam habere poſſe videbitur? Quidni? Sed alium ob finem, aliaue de cauſa. Sicubi enim nihil illorum praeter nudum nomen, aut exiguas quasdam Fragmentorum particulas, ſupereſt, vel nusquam certa ad aetatis ſignificationem via oſtenditur, ardui ſane negotii, & lubricae fidei res eſt, praeſertim in Chronologico eiusmodi libro nomen ponere, quod an recte, & veriſimiliter poſueris, cum ignariſſimo neſcias. Proinde nemo id mihi vitio vertet, ſi e veteribus quoque non paucos a me praeteritos eſſe cognoverit. Nulla enim alia, cur omitterem, ratio ſuberat, niſi vel tenuiſſima, quae ad nos peruenit, Scriptoris fama, tum obliterata librorum memoria, & tandem ſumma aetatis obſcuritas. Quo enim, vt aliquot exemplis vtar, referre auſis DEMOPHILVM & DEMOCRATEM, veteres Gnomographos Graecos? (v. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XIII. p. m. 503. Not. * & ** Vol. I. it. *Ioh. Fabric. Hiſt. Bibl. Part.* VI. p. 260. & *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 238.) quorum ſententias poſt *Luc. Holſtenii* curas typis Lipſienſibus renovauit doctiſſ. *Io. Ad. Schier*, 1754. 8. ——— ubi porro colloces ASTRAMPSYCHVM, verſuum oneirocriticorum & Aſtrologiae non admodum remotae vetuſtatis, vt reor, auctorem? (de quo ſaltem legere iuvabit *Fabricium*, *Bibl. Graec.* L. III. c. XX. p. 511. *Vol. II.* L. IV. c. XIII. p. 407. 408. *Vol. III.* L. V. c. XLV. p. 491. *Vol. X.* & L. VI. c. X. p. 630. *Vol. XIII.* it. *Io. Fabricii Hiſtoriam Biblioth.* Part. V. p. 259. 260. & *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 237.)

quam

— quam temporis notam sibi priuam habebit in ICtis veteribus ante Iustinianum, a *Fabricio, in Bibl. Gr.* L. VI. c. VI. p. 318---341. *Vol. XII.* digestis, verbi causa FVRIVS ANTHIANVS? cuius meminerunt *Fabricius, Bibl. Lat.* L. IV. c. IX. p. 823. T. I. & secundum editionem *Lipsiensem*, L. IV. c. VI. p. 498. T. III. *Heineccius*, in *Histor. Iur.* L. I. c. IV. §. 335. *Bachius*, in *Histor. Iurisprud.* L. III. c. II. §. 23. & cuius Fragmenta indicantur in *Indice Labittiano* ap. *Wieling. Iurispr. Restit.* p. 6. — Praeterea quot non erunt passim THEOLOGI veteres Graeci & Latini, siue in *Bibliothecis Patrum*, siue in *Catena Patrum* obvii, et a *Thom. Ittigio*, de *Bibliothecis & Catenis Patrum, Lipsiae*, 1707. 8. *Fabricio, Biblioth. Graec.* L. V. c. XVII. p. 727.—792. Vol. VII. diligentissimoque *Io. Mich. Franckio*, in *Catalogo Bibliothecae Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 54.---230. commemorati? quot MEDICI veteres in egregio illo *Elencho Medicorum veterum* apud *Fabricium, Bibl. Graec.* L. VI. c. IX. p. 17.---456. *Vol.* XIII. adnotati et exsignati? quot PHILOSOPHI omnium disciplinarum, siue (1.) *Pythagorei*, in *Elencho Alphabetico Pythagoricorum*, apud *Fabricium, Bibl. Graec.* L. II. c. XIII. p. 480---513. *Vol.* I. siue (2.) *Platonici*, in *Notitia Platonicorum* apud eumdem, L. III. c. III. p. 52---70. Vol. II. siue (3.) *Peripatetici*, in *Catalogo Philosophorum Peripateticorum* eiusdem *Fabricii*, l. l. L. III. c. XI. p. 271.---315. *Vol.* II. siue (4.) *Cynici*, in *Philosophorum Cynicorum Catalogo* ibidem L. III. c. XIII. p. 360.--366. *Vol.* II. siue (5.) *Stoici*, in *Catalogo Philosophorum Stoicorum*, ibid. L. III. c. XV. p. 386.---416. *Vol.* II. siue (6.) *Epicurei, Sceptici, Megarici*, aliique, ab eodem viro πολυμαθεστάτῳ, *Fabricio*, in *Elementariam* literarum seriem coacti, ibid. L. III. c. XXXIII. p. 808.-- 823. *Vol.* II. quot denique alii aliorum librorum auctores in *Notitia Alphabetica Scriptorum Graecorum* ab eodem *Fabricio* incredibili labore confecta, *Bibl. Graec.* L. V. c. XLV. p. 473.—548. *Vol.* X. non occurrent, quos hic frustra quaeres? Sic de RHETORIBVS Graecis illius *Elenchi Oratorum Rhetorumque*, qui apud *Fabricium, Bibl. Graec.* IV. c. 32. p. 477.—488. *Vol. IV.* extat, de EPISTOLOGRAPHIS *Graecis*, ibidem L. II. c. X. p. 406.-432. *Vol.* I. congregatis, de GRAMMATICIS *Graecis*, ibidem L. V. c. 7. p. 41.–73. *Vol.* VII. censis, de POETIS

Graecis, & quidem *Lyricis* apud eumdem L. II. c. XV. p. 541.—572. Vol. I. obviis, de *Tragicis*, in *Notitia Tragicorum Graecorum*, ibidem L. II. c. XVIII. p. 631.--661. Vol. I. comportatis, de *Comicis*, in *Notitia Comicorum Graecorum* ibidem L. II. C. XXII. p. 701.--755. Vol. I. conquisitis, & de *Epigrammatographis Graecis*, ibidem L. III. c. XXVIII. p. 708.--726. Vol. II. in vnum locum coactis, plures nominare & excitare potuissem, si per instituti rationes licuisset.

Nec multo pauciores in Latini nominis *Gromaticis*, *Historicis*, *Rhetoribus*, *Grammaticis*, *Poëtis Tragicis*, *Comicis*, aliorumque carminum auctoribus, praecipue *Epigrammatographis* referri solent, quos tametsi superiores itidem causae ab huius Nomenclatoris officio removerunt, tamen nonnullos suis ordinibus & literarum elementis alligatos, siue aetatis eorum sagacius perverstigandae gratia, sive quod in *Fabricianae Bibliothecae Latinae* Indiculis passim desiderantur, hoc loco sileri nolim. In AGRIMENSORIIS quippe dubiae nominis famae, & aetatis *Scriptoribus*, praeter *Aggenum Vrbicum*, *Dolabellam*, *Faustum*, *Innocentium*, alios, hi sunto, in *Indiculo Scriptorum*, *ad Paginas edit. Goesianae*, *Fabriciano*, incertum, an *Ernestiano*, (nam discrimen vtriusque manus sublatum est,) p. 520. T. III. ed. Lips. omissi:

Balbus: ex Libro Balbi, ap. *Goesium* 118. 142. *Balbo mensore, qui omnium provinciarum mensuras distinxit, & declaravit.* 148.

Epaphroditus: cuius Excerpta laudat *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. II. p. 857. Tom. III. edit. vero Lipsiensis T. III. p. 516.

Mago: haud dubie Agrimensor, diversus a *Magone*, Carthaginiensi, rusticationis parente. v. *Fabric. Bibl. Med. Aet.* Tom. V. p. 17.

Mysrontius. non Myrsontius.

Neuterius. 263.

M. Iunius *Nypsius* vel Nypsus.

v. *Guil. Goesium* in *Notis* ad p. 285.

Vitruvius Rufus. cuius Excerptorum quoque meminit *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. II. p. 857. Tom. III.

Sic inter HISTORICOS antiquos, quorum Fragmenta in calce *Sallustii* exhibentur, nonnulli errant, in legitimam temporum viam nondum reducti, & a me asterisco notati:

* *Ac-*

Eodem pacto, in RHETORIBVS difficultate & ambiguitate temporum laborant, vt alios taceam, EMPORIUS: PORCIVS LATRO, *primus clari nominis Professor*, teste *Quinctil.* X. V. 18. quamquam sub *Augusto* mortem sibi consciviſſe dicitur, et *Seneca*, Rhetor cariſſimum sibi sodalem laudat *Praefat.* L. I. *Controv.* Eius nomen praefert *Declamatio contra Sergium Catilinam*, in calce *Sallustii Waſſiani*; p. 150.--168. (v. *Fabric. Bibl. Lat.* L. I. *c.* 8. *p.* 137. c. 9. p. 151. Tom. I. it. p. 153. 154. 180. & 487. Tom. II.) SVLPICIVS VICTOR, (de quo *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 8. p. 802. T. I. & p. 757. T. III.) ZENO. e cuius fonte sua hausit *Sulpicius Victor*.

Quod ad GRAMMATICOS attinet in simili quadam aetatis caligine versantur:

ARUNTIUS Celsus. vid. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. VI. p. 769. (Not. l.) Tom. I. vel ed. *Lipsiens.* T. III. p. 377. *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. I. p. 406.

ASPER, iunior.
Fabric. B. L. IV. c. 7. p. 787. T. I. & p. 740. T. III. vel ed. *Lipſ.* T. III. p. 406. *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* P. III. p. 496. *Catal. Bun.* T. I. Vol. I. p. 406.

CALLIOPIVS, Grammaticus *Terentii*. v. *Fabric. Bibl. Lat.* L. I. c. III. p. 33. (k) T. I. & p. 35. & 36. T. II. vel ed. *Lipsiens.* T. I. p. 52. 53.

Flavius CAPER v. FLAVIVS.

CELIDONIVS f. CLEDONIVS. Senator, vt aiunt, Romanus.
v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. c. 7. p. 790. T. I. vel edit. *Lipsiens.* T. III. p. 410. & *Bibl. Med. Aet.* T. I. p. 1092. *Ioh. Fabricii Hist. Bibl.* P. III. p. 496. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 407. Aliquot eius emendationes dedit Cl. *Bondam*, II. *Var. Lect.* c. II. p. 115.--117.

CELSVS. v. Aruntius.

COMMINIANVS. cuius saepe meminit, eumque secutus est *Charisius*, laudatus quoque a *Servio*, ad *Virg. Ecl.* III. 21. v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. c. VII. p. 782. T. I. vel edit. *Lipsiens.* L. IV. c. IV. p. 394. T. III. MSC. habuit *Melch. Goldastus*. vid. *Paraenet.* p. 37. *Excerpta ex Comminiano inedita* ex Codice Leidensi laudat Cl. *Bondamus*, II. *Var. Lect.* c. X. p. 239. & c. XII. p. 285.

CORNVTVS. *Persii*, vt volunt, Grammaticus. v. *Fabric.*

bric. Bibl. Lat. II. 12. p. 394. (f.) T. I. & p. 551. Tom. II. vel edit. *Lipsiens.* T. II. p. 165. (f.)

EVANTHIVS. Terentii Grammaticus. an idem, qui *Euantius* in Epigrammatographis? vid. *Fabric. Bibl. Lat.* I. c. III. p. 30. (g.) T. I. vel edit. *Lips.* p. 49. Tom. I.

FLAVIVS CAPER. v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. c. 7. p. 793. Tom. I. & p. 748. Tom. III. vel edit. *Lipsiens.* T. III. p. 413. *Ioh. Fabric. Histor. Bibl.* Part. III. p. 497. *Catal. Bun.* T. I. Vol. I. p. 406.

FOCAS f. PHOCAS. idem qui Epigrammatographus. v. *Fabric. B. L.* I. 12. p. 211. 227. 228. & IV. c. 7. p. 787. Tom. I. it. *Bibl. Med. Aetat.* T. II. p. 521. f. *Ioh. Fabricii Histor. Bibl.* P. III. p. 496. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 411.

Attilius FORTUNATUS, vel *Atilius* FORTVNATIANVS, an idem qui *Curius Fortunatianus?* de quo in *Onomast.* ad A. C. 240. p. 365. v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. c. 7. p. 796. T. I. & *Med Aetat.* T. I. p. 383.

HONORATVS. an *Servius Honoratus? Honoratum* in *Artibus* citat *Goldastus* ad *Paraeneticos.* p. 249.

MARIVS PLOTIVS, sacerdos Romanus. v. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 7. p. 796. Tom. I. & 750. Tom. III. sive edit. *Lipsiens.* T. III. p. 417. it. *Bibl. Med. Aet.* Tom. V. p. 99. 100. *Io. Fabric. Histor. Bibl.* P. III. p. 499. Emendatur a Cl. *Bondamo*, II. *Var. Lect.* XIV. p. 348.

MODIANVS quis? Eius Syntagma excitat *Goldast.* ad *Paraeneticos.* p. 130.

SERGIVS, quem nonnulli *Servium* volunt. v. *Fabric.* B. Lat. L. IV. c. 7. p. 790. T. I. & p. 744. T. III. *Ioh. Fabric. Hist. Bibl.* P. III. p. 496.

Q. TERENTIVS SCAVRVS. v. *Fabric.* B. L. L. IV. c. 7. p. 793. T. I. it. p. 666. & 748. T. III. vel edit. *Lipsiens.* T. III. p. 413. f. *Io. Fabric. Histor. Bibl.* Part. III. p. 497.

MAXIMVS VICTORINVS. an idem, qui *Marius Victorinus*, sive Rhetor, sive Grammaticus, incertissimum. v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. 7. p. 790. & 795. T. I. it. p. 424. & 749. T. III. vel edit. *Lipsiens.* Tom. III. p. 416. *Ioh. Fabric. Histor. Bibl.* P. III. p. 496.

Ne-

Neque de Poëtis *Tragicis*, *Comicis*, aliorumque Carminum auctoribus vetustis omnes iusto nominum & temporum lumine illustrari possunt, tanqvam:

M. ACVTICVS. Comicus. v. *Ian. Rutgers.* IV. *Var. Lect.* xix. p. 439.
Valerius AEDITVVS.
L. AFRANIVS. togatarum Scriptor. vid. *Baelii Lex. Crit.* hac voce. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. c. I. p. 259. T. III. vel edit. *Lipsiens.* T. III. p. 232.
ALBINVS.
Furius ANTIAS.
AQVILIVS.
T. *Quintius ATTA.* togatarum Scriptor.
v. *Fabric.* B. L. IV. c. I. p. 265. Tom. III. vel edit. *Lipsiens.* T. III. p. 240.
Q. *Lutatius* CATVLVS.
CODRVS. v. *Fabric. B. L.* Indice T. III. voc. *Codrus.*
Fabius DOSSENNVS. Comicus. v. *Fabric. B.* L. IV. I. p. 264. Tom. III. sive edit. *Lipsiensis.* Tom. III. p. 240.
A. GALLVS.
Rutilius GEMINVS.
CN. GETVLICVS.
Sempronius GRACCHVS.
C. GRANIVS.
Sext. HAENA.
ILIVS.
IVVENTIVS. Comicus.
v. *Fabric. B. L.* IV. c. I. p. 672. (q.) Tom. I.
C. LICINIUS *Calvus.*
LVSCIVS.
Cn. MATIVS.
MEMOR s. MEMMIVS Tragicus. v. *Fabric. B. L.* IV. c. I. p. 262. Tom. III. vel edit. *Lipsiens.* T. III. p. 236.
Q. NOVIVS. Comicus. v. *Fabric. B. L.* IV. c. I. p. 266. & p. 282. Tom. III. vel edit. *Lips.* Tom. III. p. 264.
PERVIGILII VENERIS auctor incertus. v. *Fabric. B. L.* IV. I. p. 688. 689. tum in *Indice* voc. *Pervigilium Veneris.* Tom. I. it. p. 283. T. III. sive editionis *Lipsiensis*, Tom. III. p. 267. 269. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 410. 411.
L. POMPONIVS, Atellanarum Poëta.
v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. c. I. p. 263. T. III. sive edit. *Lipsiens.* Tom. III. p. 239.
P. POMPONIVS *Secundus.*
C. RABIRIVS.
SVEVIVS s. SVCCIVS. Comicus. *Cf. Fabric. B. L.* IV. c. I. p. 675. Tom. I.
C. Iulius STRABO.
SVTRIVS Comicus.

C.

C. TICIDA.
TITINIVS. togatarum Scriptor. v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. I. p. 265. Tom. III. vel ed. *Lipsiens.* Tom. III. p. 240.
Q. TRABEA. Comicus. vid. *Baelii* Lex. Critic. h. v. & *Fabric. Bibl. Lat.* IV. I. p. 670. T. I. & 262. T. III. vel edit. *Lipsiens.* T. III. p. 237. 238.
Sext. TVRPILIVS. Comicus. Suppar *Terentio* dicitur. v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. I. p. 261. Tom. III. sive edit. *Lipsiens.* T. III. p. 234.
T. VALGIVS, Rufus. v. *Fabric. Bibl. Lat.* IV. I. p. 668. (g). T. I. & Editor *Anthol. Latin.* ad V. *Epigr.* LXXIV. p. 363.
L. VARVS. Tragicus. v. *Fabric. Bibl. Lat.* Indic. voc. *Vari.*

Denique cum *Epigrammatographorum* nomenclatura vel in *Anthologiae Latinae* corpore, vel in nova *Fabricii Bibliothecae Latinae* editione *Lipsiensi*, Tomo III. p. 266. ubi maxime collocari oportuerat, desit, ea vero valde necessaria ad inveniendos cujusque versus, nec a mei operis forma aliena esse videatur, illius quoque laborem subterfugere hoc loco nolui.

Index Elementarius *Epigrammatographorum*, aliorumque subinde medii aevi, et dubiae fidei versificatorum.

C. Au-

Atque haec quidem hactenus de Scriptorum electionis, quam mihi ipse tuli, lege. Ex ingenti quippe numero delibavi eos duntaxat, quos satis constabat aut literarum aliquid ad posteros transmisisse, aut quorum saltem librorum fragmenta supererant, aut quos recognosci literarum vniuersitatis omnino intererat. Alterum vero, quod in hac nominatim editione praestare debueram, illud erat, vt singulorum aetatis, vitae, et ingenii monumentorum caussas, aliaque huius generis adiuncta exponerem. Qua itidem opera libenter defunctus fuissem, nisi ab aliis diu ante dicta inutiliter recoquere sanitas & quasi integritas iudicii prohibuisset. Idcirco non modo suos cuique Scriptori, quantum eius fieri potuit, veteres rerum auctores, sed etiam Biographos inprimis recentiores, non vt testes, sed vt interpretes, subscripsi, vnde maxima vis et materies argumentorum sumi potest, praecipue τὸν πάνυ *Ioh. Albert. Fabricium*, virum incredibilis lectionis et studii, *Historiaeque Literariae* parentem advocavi, quem qui barbaro, sed valde solenni hodie vocabulo, *compilatorem* nominate audent, vt fieri subinde audio & video, illi videant, ne ipsi interdum sint maximi *compilatores*, dissimulentque divitias *Fabricianas*. Si enim hoc est compilare, rerum memoriam a fontibus suis arcessere, excitatisque testibus idoneis digerere, quid in omni artium bonarum seu disciplina, seu exercitatione supererit, quod non in *compilationis* inuidiam adduci et rapi possit? Immo non veritus sum, vtramque viri optimi *Bibliothecam Graecam* & *Latinam* constanter in consilium vocare, eamdemque huius *Onomastici* ope in vnum quasi conspectum hominum dare, cum vt memoriae subsidium, tum vt obseruandi quamdam viam & seriem ad manus haberemus, quo referre nova, & unde, si opus sit, vetera in vsum revocare liceat. Quo minus mirum cuiquam videri debet, cur nihil, quod ad *Fabricii* huius generis libros spectabat, negligendum putarim, neque aut *Bibliothecae* eius *Mediae & infimae Aetatis* a *P. Ioanne Dominico Mansio, Clerico Regulari Congregationis Matris Dei Lucensi, Patavii*, 1754. 4. sex Codicibus instauratae, aut *Bibliothecae* eius *Latinae* exempli *Lipsiensis* obliuisci potuerim. Certe dum moras nectebant operae, perveneruntque ad *Calpurnium Flaccum*, p. 308. *Onomast.* ecce interea *Tomus* I. et II. *Io. Alberti Fabricii Bibliothecae Latinae* nume-

melius delectae, vt titulus modestissime prae se fert, *rectius digestae, & auctae diligentia Io. Aug. Ernesti. Lipsiae*, 1773. 8. mihi afferebatur, circumactoque semestri paene anno Tomus III. ibidem 1774. 8. euulgatus, ad me commeaverat, cum ad A. circiter C. 440. p. 507. typorum machinae processissent. Quibus singulis in manum sumtis & perlustratis animadverteram ita in vnum conflatas et consutas esse primarias auctoris, & secundarias Cel. Editoris narrationes, vt quid *Fabricio*, eiusque archetypae editioni Hamburgensi anni 1721. & 1722. deberetur, quid satis locuples Auctarium a *Fabricii* manu editionis *Venetae* (1728. 4.) margini adscriptum (v. *Fabricii vita Reimariana*, p. 112.) novi continuerit, quid denique ad *amorem et studium* ἀκριβείας *Ernesti*, V. C. proprie pertineret, sine temporum coniectura & contentionis difficultate intelligi non posset. Vel sic tamen minime committendum esse putaui, vt huius exempli memoria in meis deesset, aut quisquam dubitare auderet, grande nunc in eo studiorum genere operae pretium factum esse, postquam *vir quidam doctus e patria alias in terras* abiit, *ibique sede* fortunarum reperta, *librarii spem destituit*, hoc est schedas suas nundinari, & librarii imperio subesse noluit. —— —— Porro instituti mei ratio non patiebatur editionum fontes, exempla inde ducta, raritatem, formas & discrimina ad Criticae artis disciplinam et vsum pluribus demonstrare. quod vix vnius hominis est, & paene inexplicabilis operae, propterea iis duntaxat, qui sigillatim in vno alteroue Scriptore desudare velint, relinquendae. Hinc etiam satis habui praestantissimos Graeciae & Latii, omnisque bonarum artium scientiae thesauros, qui apud illustrissimum olim HENRICVM *Comitem* BVNAVIVM meum *Noethnicii* prope *Dresenam* splendidissime olim habitabant, nunc in praeclari velut *Indicis* speculo, cernuntur, vtinam omnes, praesertim Historici, spectarentur! extremis tantum, vt aiunt, digitis attingere. Quem *Catalogum Bibliothecae Bunavianae tribus* duntaxat *Tomis*, *septem* vero Codicibus quaternis absolutum, vti summo suo iure laudauit valde idoneus harum rerum iudex, *Io. Georg. Schelhornius*, in *Commercii Epistolaris Uffenbachiani Selectis* Part. I. p. 49. 50. ita velim nominent & antestentur illi, qui non raro inde sapiunt, dissimulato fonte. Equidem a recensione Biographorum & disputationum ad singulos

los Scriptores pertinentium abſtinui, quotiescunque huiusmodi chartarum & librorum memoriam illic cuſtoditam eſſe vidi, praeterquam in ſingularibus cauſis *Obſervationum Miſcellanearum*, a *Petro Burmanno*, maiore, (non a me primum, ſed iam olim a deceſſore meo, Cel. *Duckero*, in *Praefat.* ad *Florum* Stell. 2. fol. 8. ſic cognominato,) et *Iac. Phil. Dorvilio* VV. CC. inſigni literarum fructu collectarum, quas ideo commemoratione renovaui, cum vt diſtinctius eas ordinarem, tum vt ſuis quasque obſervationes auctoribus veriſimiliter redderem. Praeterea vti aliorum dicta repetere nolui, ſed ſuum cuique, etiam non valde mihi amicis, tribuere religioni mihi ſemper duxi, ita hominis aperti & ſimplicis eſſe arbitratus ſum omnibus ſimul locis, ne *Ge. Chriſto. Hambergerum*, Clariſſimum nuper Academiae Gottingenſis Philologum, adire grauarentur, lectores monere, cum quod vir ille diligentiſſimus nonnulla obſervauit apud *Fabricium*, & alios, non obvia, tum quod e ditiſſima penu Muſei Academiae Gottingenſis plures recentiorum temporum libros ſecum habuiſſe et inſpexiſſe mihi viſus eſt.

Attamen pro malignitate ſaeculi noſtri extare quis poſſit, qui ſuſpicetur, ab eodem me Viro doctiſſimo aut formam operis, aut deſignationis ſeriem mutuatum eſſe, quoniam illius *Idonearum Narrationum*, theotiſce ſcriptarum, Pars I. *Lemgoviae*, 1756. 8. & Pars II. ibidem 1758. ſuperius autem *Onomaſtici* mei exemplum a. 1759. lucem viderat. Sed quantumuis a peritioribus me hominibus lubenter doceri velim, tamen ante primam *Onomaſtici* editionem ex illa viri eximii Notitia quicquam me didiciſſe vel diſcere potuiſſe vehementer nego.

Primum enim ſimile quid *Hambergerum* tentaſſe non ante cognoui, quam a. 1765. adeoque ſex circiter annis poſt vulgatas *Onomaſtici* mei tabulas, quod facile illius mercium chartacearum inſtitoris, per quem ad me aduectus erat liber, Chirographo approbare poſſem, ſi aut opus, aut tanti res eſſet. Neque cum emitterem *Onomaſticon*, integra *Hambergeri Notitia* prodierat, ſed *Pars* eius *tertia*, inde a Saeculo poſt C. N. *quinto* initium capiens vno anno, videlicet a. 1760. *Pars* vero *quarta* quinque annis ſerius, hoc eſt 1764. lucem viderat, *Onomaſtico* interea meo vniuerſa illa temporum ſpatia dudum ſimul & ſemel emenſo. Fac autem inuidos eiusmodi obtrectato-

ctatores annorum discrimine erroris conuinci non posse, tamen duo homines, priuatis alterutri rationibus, idem consilium sequi posse, quis neget? saltem hanc, si diis placet, iejunitatem plagii a me vtriusque libri, et *Hambergeriani*, & mei contentio certissime depellet. Apud *Hambergerum* enim alio ordine et momento quodam annorum dispensati sunt Scriptores, velut *Cleomedes*, *Hermas*, & multi alii, plures etiam, quam oportuerat, omissi fuerunt, tamquam, vt alios taceam, *Sanchoniathon*, *Haggaeus*, *Zacharias*, *Scylax*, Geographus, *Eudoxus* Cnidius, *Aeneas* Tacticus, *Dicaearchus*, *Zeno*, *Diocles* Carystius, *Naevius*, *Cincius Alimentus*, *Aristarchus*, Grammaticus, *Clodius Licinius*, *Cornelia*, *C. Licinius Macer*, *Geminus* Rhodius, *Dionysius* Thrax, *Servius Sulpicius*, *M. Junius Brutus*, *P. Alfenus Varus*, *C. Cilnius Maecenas*, *Trogus Pompeius*, *M. Antistius Labeo*, *C. Ateius Capito*, *Sempronius Proculus*, *Onosander*, *Erotianus*, *Justus Tiberiensis*, *Terentianus Maurus*, *Javolenus*, *Soranus*, *Criton*, Musici veteres, *Velius Longus*, *Callistratus* Sophista, *Adrianus* Imperator, *Lamprias*, *Secundus*, *Gaudentius*, *S. Quadratus*, & *Aristides*, *Salvius Julianus*, *M. Cornelius Fronto*, *Ulpius Marcellus*, *Melito*, *Jamblichus*, Eroticus, *Q. Cerbidius Scaevola*, *Hegesippus*, *Aelius Moeris*, *Arrius Menander*, *Aelius Marcianus*, *Gargilius Martialis*, *Curius Fortunatianus*, *Paulus* Samosatenus, *Achilles Tatius*, *Manes* s. *Manichaeus*, *Alciphron*, *Timaeus*, *Helladius*, *Aphthonius*, *Theon* Rhetor, Auctor *Itinerarii Antonini*, *Sallustius*, Philosophus, *Severus Sanctus Endeleichius*, *Fl. Lucius Dexter*, *Theodorus* Mopsuestenus, *Palladius*, Geoponicus latinus, *Hypatia*, *Licentius*, *Q. Iulius Hilario*, *Fl. Mallius Theodorus*, *Philo* Carpasius, *Heraclides*, *Pelagius*, *Marcianus Heracleota*, *Phoebammon*, *Hesychius* Presbyter, *Eudocia*, Auctor *Notitiae dignitatum*, *Nestorius*, Auctor *Collationis Legum Mosaicarum*, quos tamen omnes prior iam *Onomastici* editio non intactos reliquerat. Tam igitur vana erit suspicio, quam quis importare possit, de praeparatis ab *Hambergero* literariae illius velut telae staminibus, atque vicissim certum est, me ideo bonorum virorum iudicia non metuere, quod nunc eumdem, tamquam similis consilii & laboris socium, in Scriptoribus *veteris & mediae aetatis*, identidem consulendum esse suaserim. — Multo minus timendum mihi est, ne quis argutetur, in con-

denda Onomaſtici mei formula me vſum eſſe Abbatis *Lengleti Freſnoii* (vulgo *Lenglet du Freſnoy*) *Tabellis Chronologicis*, in quarum editionem Haganam 1756. 8. omni aſſeveratione affirmare poſſum, me longe ſerius incidiſſe, neque tamen, cum inciderem, mei me inſtituti poenituiſſe. Bonos enim, malos, illuſtres, obſcuros, magni, et nullius momenti, nullaque memoria dignos, praeſertim recentioribus temporibus, a viro docto, circa a. 1761. ni fallor, mortuo, coacervatos eſſe vidi. —— Atque ſuperiorum quidem illorum, quos nominaui, Tresvirorum *Fabricii*, Auctoris *Catalogi Bibliothecae Bunavianae*, & *Hambergeri* diligentia omnino vetuit, ne, quae prius abunde dicta erant, rurſus dicerem. Ubicunque vero vel ab illis ſilentio quid praeteritum, vel eorum annis recentius inveni, id totum, quanta fieri poterat, conciſa verborum breuitate ſupplendum eſſe cenſui, laudatis ſimul optimis paſſim Ephemeridibus, vnde recentiſſimarum editionum, & diſputationum argumenta, virtutes & vitia intelligi poſſent. Cuius generis indicia tametſi Cl. *Erneſti* in Praefatione ad *Fabricii Bibliothecam Latinam* p. XXXIV. *nullo aut raro ad lectores fructu* fieri pronunciet, tamen cum Ipſe in *Cicerone Olivetano*, et *Plinio Arntzeniano*, *Schwarzianoque*, Tom. I. p. 221. Tom. II. p. 423. & paſſim alibi, a praetorio edicto ſuo diſceſſerit, quin haec pro indulgentia ſua in meis aequo animo laturus ſit, haudquaquam dubito. Si enim inutile eſt Diaria, vbi recenſiones librorum novorum reperiuntur, laudare, quid eſt, cur ipſi vtilitatis menſores ſe ad Ephemerides ſcribendas demittant? Et tamen pauci erunt, qui lectionem *Novae & Noviſſimae Bibliothecae Theologicae*, ſibi profuiſſe negent. Eodem pacto affectas & promiſſas hominum eruditorum ſiue operas ſive chartas interdum nunciare non faſtidivi, vt ſic forſitan cupientibus ſimilia tentare, aliorum ſubſidia conquirendi via non intercluſa eſſe videretur. Rurſus intercedit *Erneſtius* V. C. l. l. p. XXXIII. *Nihil*, inquiens, *tota illa res prodeſt*, *ſaltem perraro*. Cuius etiam imperatis lubenter obſecuturus fuiſſem, niſi virum ſagaciſſimum in *Apuleio*, et *Macrobio* decreti ſui exceptionem feciſſe vidiſſem. T. III. p. 40. & 185.

Tandem, quoniam *Academiae* ſine controuerſia literarum et eruditionis nutrices ſunt, vbi in illa tempora venero, quibus artium vniuerſitas ſuis diſtincta ordinibus, aperiri coe-

pit,

pit, illarum quoque Origines suis et natalibus annis, quantum per obscuritatem famae et tradentium inconstantium licuerit, illigare conabor.

Exposui fere, vt potui, quos secutus sim consilii fines, quid fugerim, quaue ratione in hoc fastorum genere versatus sim. Sequitur, vt paucis ostendam, quam vtilitatem et fructum inde captum iri sperem, si aceruus ille Scriptorum, vno in loco constructus, non tam per transennam velut a praetereuntibus aspiciatur, quam serio et data opera ad singulas rerum & verborum, id est, *rationis* et *orationis* caussas accommodetur. Primum bonos libros et Scriptores nosse proxima et regia est ad omne eruditionis genus via. Illorum certe cognitio, & cum classicis sapientiae et sermonis auctoribus familiaritas verecundiam nobis et modestiam ingenerabit, identidem recordantibus, quantum sit, quod nesciamus, tum si laudis studio tenemur, eadem illa maiores ad industriam stimulos nobis admouebit, simul prauos & futiles libros, quorum ingens hodie copia est, vel repudiare & odisse, vel tuto nos ignorare iubebit. Enimvero quamcunque artium disciplinam elegeris, siue libros diuinos interpretari, siue legum humanarum vim, progressionemque assequi, siue artis Medicae principes magistros legere et intelligere velis, siue denique multiplicia, et immensa Grammatices, longe lateque dominantis, curricula permeare cupieris, in nullo sane literarum genere operae pretium feceris; nisi exemplarium fontes ab ingenti exemplorum & riuulorum colluvie prudenter secreveris. Praeterea quantum lucis vnicuique doctrinarum formulae probabilis Scriptorum dispensatio affundat, illi sciunt, qui suae artis historiam cognoscere, et stilo persequi volent, qui arduas Theologiae, Legum et iuris scientiae, vtriusque antiquitatis seu Graecae, seu Romanae quaestiones sibi enodandas sumunt, nec non quibus volupe est de caussis linguae Graecae, & Latinae, reconditisque Poëtices, Eloquentiae, & Historiae literis subtiliter disputare, vbi saepe omnis rei in facto positae controuersia solo aetatis testium discrimine, indeque ponderanda auctorum vel grauitate vel levitate dirimi solet. Inprimis maximum inde sibi & suis legibus praesidium petit Ars Critica, quae dum certos ingeniorum quasi foetus ab incertis, germanos a spuriis, integros a corruptis et interpolatis acute segregat, identidem

tidem ad Scriptorum inter se necessitudinem aetate vinctam, ad eorum propagines, varietatem, dissimilitudinemque respiciat necesse est, vt quid verum in libris, quid adulterinum, quid alienum sit ab illis temporibus, quibus scripti esse dicuntur, quid multiformis artium sensus patiatur, animo cerni possit. Immo, si haec ipsa omnis aetatis hominum ingeniosorum continuatio et series aliam nullam haberet vtilitatem, nisi hanc, vt a crassis erroribus, Soloecismorum & Parachronismorum maculis, aliisque similibus & iocularibus peccatis, qualia historiae literariae rudes subinde committunt, vacui et immunes praestaremur, iam permagna satis esset. Uti enim per se turpe est, intelligentibus risum nos debere, sic hoc inprimis ferri non potest, literarum studiosos quaquauersum peregrinari, domi vero hospites esse, hoc est, quoscunque circulatorios & scurriles, interdum histrionicos, cerebrosque sacculi libellos oblectationis causa appetere, quidquid vero in fundo literario praeclare actum est, nescire, aut Scriptorum tempora et nomina non excusabili inscitia permiscere. Sane quod olim *Ammianus Marcellinus* (L. XXX. c. 4. p. 645.) questus erat, *e* causarum patronis *ita esse rudes nonnullos, vt numquam se Codices habuisse meminerint, & si in circulo doctorum auctoris veteris inciderat nomen piscis aut edulii peregrinum esse vocabulum arbitrarentur*, nec admodum diu ante nostram hominum memoriam *Henr. Meibomius*, minor, eruditissimus Helmstadiensium Medicus & Philologus, in Praefatione Supplementi ad *Valent. Henr. Vogleri Introductionem vniuersalem in Notitiam cuiuscunque generis bonorum Scriptorum* p. 128. lugebat, esse in Medicis non paucos, qui *dum auctores priscos nominare audiant, aves ex India allatas* existiment; id vereor, ne multis subinde doctrinarum tironibus, qui vltra compendii sui formulam & maciem sapere nolunt, exprobrari possit! —— Istiusmodi autem soloecismorum duplex est genus, alterum agreste & crassum, alterum levius & subtile, neque condonandum tamen. Subrusticorum genitrix esse solet vitiosissima temporum & Scriptorum perturbatio, veluti cum priscae aetatis quatuorviri *Sext. Aur. Victor*, *Caesar.* XIX. 2. alter *Victor* Epitomator, XIX. 1. *Eutropius* VIII. 17. & *Orosius* VII. 16. *Didium Salvium Iulianum*, Imperatorem, corradendae pecuniae & scyphis evacuandis, quam iuris scientiae aptiorem, *Iurisperitum* vocarent, nepotem cum auo miscentes.

(v. Cl.

(v. Cl. *Reimarus* ad *Dion. Cassii* L. LXXIII. c. 10. n. 73.) cum porro *Servius* Grammaticus ad *Virgil. Ecl.* III. 40. 41. per *Cononem* intelligeret ducem Athenienfem, et per eum *qui totum orbem radio defcripfit*, a Poëta fignificari poffe putaret *Ptolemaeum*, *Virgilio* vltra centum & qvinquaginta annos recentiorem. (v. *Voff.* V. *Inftit. Orat.* c. VI. Sect. VII. p. 351.) aut cum *Gualterus Burlaeus*, faeculi XIV. Philofophus, *Horatium*, Venufinum Poëtam, cum *Horatio Pulvillo* Coff. *Livium Andronicum*, Poëtam tragicum, cum *T. Livio*, Patavino, duoque *Plinios Secundos*, maiorem et minorem, fummo ftupore confunderet, a *Voffio* propterea de *Hiftor. Latin.* p. 478. notatus. Ita quis rifum teneat, fi audierit, *Flavium Blondum* in locum *Propertii* novum nobis fuffeciffe Poëtam, *Romanum Callimachum*, (v. *Brukhuf.* ad *Propert.* IV. El. I. 64.) mox *Simonem Grynaeum* exiftimaffe *Claudium Ptolemaeum*, Geographum & Aftronomum, vnum fuiffe ex regibus Aegyptiis, (v. *Voff.* de *Scient. Mathemat.* c. XXXIII. §. 14.) mox Cardinalem *Richelium Mauri Terentiani*, Grammatici, nomen de Fabula *Terentii* accepiffe, (v. *De la Mottius Vaeierius* in *Hexaëmero Ruftico*, *Dial.* I. p. 30.) mox *Ioh. Fontanium*, (*De la Fontaine*) celebrem apud Gallo-Francos Apologorum Scriptorem, in Praefatione fabulis fuis praemiffa *Maximi Planudis* commenta ideo defendere conari, quod *Planudes Aefopo* proximus aetate fuerit, cum tamen nihil certius fit, *Aefopum* duodeviginti ferme faeculis *Planude* antiquiorem fuiffe, (vid. *Struvii Bibliothec. Philofoph.* T. II. c. I. §. 4. p. 20. 21. ed. Kahl.) mox *Servatium Gallaeum* in Differtationibus de *Sibyllis* p. 26. *Agathiam* & *Iamblichum* in Latinis Scriptoribus referre, mox *Petrum Francium Dioni*, haud dubie *Caffio*, *Octaviani* Caefaris aetatem tribuere, (v. *C. Valerii Accincti*, h. e. *Iac. Perizonii Demonftratio Francianae barbariei & infcitiae*, p. 94. 95.) mox *Io. Clericum* in *Arte Critica* Part. I. c. 2. p. 55. ex uno carminum auctore *Olympio Nemefiano* duo architectari *Olympium* & *Nemefianum*, humaniter quidem & cum emollitione quadam a *Fabricio*, *Bibl. Lat.* T. III. p. 81. acerbe vero femel iterumque a Cel. *Burmanno*, maiori, reprehenfum in *Diariorum Scriptore mendaci*, p. 80. & in Praefat. ad *Poëtas Latinos minores*, Stell. 6. n. 1. & 2. mox *Chriftian. Thomafium* in Differtatione *Prooemiali* ad *Carol. Sigonium*, de *antiquo iure Populi Romani*, §. XXVII. fub fin. *Alexan-*

drum ab Alexandro in fontibus, eodemque loco & numero, quo *Dionyſium Halicarnaſſeum*, & *Gellium*, habere auſum eſſe, tandem *Lengletum du Freſnoy* in *Tabellis Chronologicis*, Part. I. p. 68. edit. *Hagan.* 1756. 8. excitare potuiſſe *Plutarchi vitam Epaminondae*, (*Voyez la vie d'Epaminondas dans Plutarqve*) quae olim quidem ſcripta erat, hodie vero in rerum natura non extat, nec aliunde, niſi ex *Plutarchi* vita *Pelopidae* & *Ageſilai* quomodocunque reſtitui poteſt. Haec ſimiliaque peccata a *Ioh. Mollero* paſſim in *Homonymoſcopia*, *Michael. Lilienthalio*, *Io. Georg. Schelhornio*, *Io. Matthi. Geſnero* in Praefat. ad *Hambergeri Notitiam*, aliisque viris doctis in *Catalogo Bibliothecae Bunavianae* accurate laudatis Tom. I. Vol. I. p. 538. oſtenſa, partim ex inconſulta quadam Chronologia, & foeda ἀνιςορησία, partim ſubruſtica librorum ignoratione, tanquam infelici matre, gignuntur: a quibus homines etiam doctiſſimi ſibi interdum non ſatis cavent, veluti *Ioh. Meurſius*, vir ceteroquin eruditiſſimus, qui *Dionyſio Thraci*, Grammatico, aſſignauit, quod *Dionyſii Periegetis* fuit, in *Rhodo*, L. II. c. VIII. p. 96. Quo lubentius eiusmodi errorum veniam aliis dare, et petere viciſſim decet, quoniam, vt poëta ait, *quisque ſuos patimur manes*. —— Alterum παρόραμα externa quidem ſpecie levius, ſed idoneis tamen harum rerum arbitris perquam moleſtum, nervos fidei faciendae incidit, eiusdemque gradus et momenta non modo non mediocriter commovet, ſed etiam literarum tirones ab hac parte ſecuros reddit, quaſi perinde ſit, quoquo modo rerum et ſermonis teſtes edamus, dummodo Scriptorum nomina et libros magno numeri acervo exaggeremus. Ita quis auſit primum anteſtari *Euſebium*, tum progredi ad *Tatianum*, mox *Gellii* meminiſſe, et tandem *Senecam* laudare? quod tamen nuper memini in Praefatione a viro quodam docto alicubi factum eſſe. Eodem pacto ſi Medicus ab *Aëtio* ordiretur, tranſiretqve ad *Marcellum* Empiricum, tandem vel *Scribonium Largum*, vel *Celſum* in partes vocaret, nonne ſuam iudicii paupertatem manifeſto proderet? Sic nuperrime miratus ſum, quemdam literarum, vt videri volebat, ſtudioſum reperiri potuiſſe, qui primum *Ciceronem* & *Suetonium*, mox *Velleium Paterculum*, tum *Appianum Alexandrinum*, et tandem *Salluſtium* in partes vocaret, alioque loco *Roſini Antiqv. Roman.* mox *Manutium* de LL. inutiliter excitaret. Enimvero

vero

vero quid hoc aliud eſt, quam aut veterum aetatem & dignitatem peruertere, aut recentiores antiquitatis interpretes ſuo, quem obtinent, gradu et loco deturbare? Licebitne *Roſino Paul. Manutium* poſtponere? cui pariter atque *Sigonio*, *Briſſonio*, aliisque ſaeculi XVI. heroibus, interdum, quod habet boni, cum puluiſculo abraſit *Roſinus*. — Quicunque igitur in poſterum aut turpiter labi, aut incerto Scriptorum et temporum errore amplius vagari nolint, iis auctor ſim, vt hunc Nomenclatorem ſeu ducem ſeu comitem ſibi legere non grauentur. Neque tamen ita vel vanus, vel credulus ſum, vt eumdem omnibus probatum iri ſperem. Erunt certe, qui Critice, bonarum artium domina, ad faſtum et dictatorios ſpiritus abuſi totum hoc ſcribendi genus leve, nec ſatis dignum Grammatici perſona eſſe iudicabunt, vno verbo qui ſuo ſtudio delectati iſtud valde ignominioſo *Compilationis* vocabulo notandum putabunt. Quorum opinionem minuere conarer, niſi eam ſua ſponte rei natura infirmaret ac dilueret, perpetuaque optimorum Criticorum conſuetudo hodiernos quosdam velut vſus decempedatores iniquitatis faſtidii conuinceret. Quid enim? num in ſingulis Scriptorum, librorum, rerum verborumque cauſis ſeu certo, ſeu ingenioſe et veriſimiliter definiendis, illuſtrandisue accurate verſabuntur, niſi plures aetatis, vitaeque Scriptorum, ſimul interpretum locos habuerint tritos et notatos? Quod ſi igitur non tam ſimpliciter colligentis, quam ſuis quemque temporibus Scriptorem metientis opera functus ſum, tum ante dictis meum ſubinde iudicium, ſcribendique ordinem & formam adiunxi, quid erit, quod tanta frontis contractione ſuperciliòque contemnere poſſint? — Alterum genus iudicum, quibus vereor, ne *Onomaſticon* meum valde placiturum ſit, vel ſtudiorum Saeculi patronis, vel bellulis, mollibus & delicatis hominibus conſtat. Illis quippe Graeci et Latini *Auctores*, (liceat enim horum os vulgare imitari,) cum mox *profani*, quaſi nullius rei alius, quam impietatis magiſtri ſint, mox *Scholaſtici* audiant, quaſi praeter verborum & phraſium ſupellectilem nihil praeclari, recti, & venuſti continuerint, facilis ad coniiciendum ratio eſt, cur tota haec Scriptorum Proſopographia iisdem vel exigui momenti eſſe, vel prorſus ſordere videatur. At enim, vti viciſſim illi ſciant velim, me in hoc literarum genere numquam ipſis placere,

cere, & obſequi voluiſſe, ita confutatione vix dignos ſuis veſci glandibus facile patior. Qui vero Francicis elegantiis, aut circulatoriis quibusdam vniuerſae disputationis mercibus, tamquam dulci et voluptario cibo ineſcati, hoc *Faſtorum* genus ſiccitatis accuſabunt, hi vituperationem quoque ſuam exiliter areſcere intelligent, ſi meminerint, non fucoſam hic, & cito tranſituram ſuavitatem, delectationemque quaeri, ſed fontium ſcientiam, argumentandi ſubtilitatem, & incorruptum de artibus cenſendi ſuccum & ſanguinem. Equidem de artium inuentis, progreſſione, infuſcato paulatim colore, interitu, reuiuiſcenteque dignitate generatim et latius diſſerere, agelliſque velut meis foecunditatem illam dare potuiſſem, ſi vel aliorum vitulo, vt aiunt, arare, alioſque deſcribere voluiſſem, vel haec argumentorum puncta, in exiguum conclusa locum, (id enim ſiccum et aridum hodie dicitur) ad demonſtrationis literariae neceſſitatem vtilitatemque ſuffectura negaſſem. Id certe conſtat, qui haec non tenet, illam in vniuerſum philoſophandi facultatem nec ſequi quemquam, nec aſſequi poſſe. Quomodocunque igitur hoc ingenioli mei Periculum vel ab inuidis, vel ad levitatem Saeculi compoſitis iudicibus accipiatur, haud in magno quidem ponam diſcrimine: dummodo mihi, quod ſpero, contigerint idonei literarum exiſtimatores; quibus ſi haec *Annalium* confectio nec incommoda, nec inepta ad replicandam cuiuscunque aetatis Scriptorum memoriam viſa fuerint, non mediocri me voluptatis ſenſu affectum putabo, eaque blandae ſuffragationis ſpes non tantum moleſtiam digerendi abſterget, ſed durum quoque ſua natura laborem molliorem, ſuavioremque efficiet. Ita vale, Lector candide, meoque conatu literarum commodis inſerviendi fruere, et reliquas *Partes* ſuo loco & tempore; quantocyus certe per aliorum negotiorum curas, et incredibilem operarum lentitudinem fieri poteſt, expecta!

Scripſi in *Academia Rheno-Trajectina*, cum eius recturam iterum ſuſciperem, exeunte menſe *Martio*. CIↃIↃCCLXXV.



A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter
150. —— 950.	ADAMVS, SETHVS, ENOCHUS, aliique, si Diis placet, ANTE-DILUVIANI, quos vocant, SCRIPTORES. Vid. *Ger. Iob. Voss.* de *Scient. Mathem.* c.xxx. §. 4. p. 128. s. *Petr. Lambecius* in *Prodromo Historiae Literariae* L. I. c.III. p.m. 6—11. ed. *Hamb.* 1659. fol. *Jo. Alb. Fabricii Cod. Pseudepigraph. Veteris Testamenti*, Tom. I. p. 1.—229. & Tom. II. n. I.—xxxI. p. 1.—61. *Catalogus Bibliothecae Bunavianae* Lips. 1750. 4. Tom. I. Vol. II. p. 1007. & T. III. Vol. I. p. 17. s. aliique a V.C. *Georg. Christoph. Hambergero*, in *Idoneis Narrationibus de praecipuis Scriptoribus*, (Zuverlaessige Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern, Lemgo, 1756. 8) Parte I. p. 1. & 4. laudati.	3800-3000.
1650.	SIBYLLARUM principis, vt ferunt, aliarumque id genus, longe serioris aevi, ORACULA, vulgo nimis patienter credita. Vid. *Gerard. Iob. Vossius* de *Poëtis Graecis* c. I. p. 1.—8. *Petr. Lambecius* in *Prod. Hist. Lit.* L. I. c. IV. §. IV.	2300.

A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
	p. 13.-21. *Gvil. Cave Script. Eccl Hist. Lit.* ad a. C. 130. T I. p. 25. & T. II. p. 28. f. *Fabric. Bibl. Graec.* L. I. c. XXIX.—XXXIII. p. 167.—231. Tom. I. *Catal. Bünav.* Tom. I. Vol. I. p. 62. *Hamberg.* Part. I. p. 6.	
2090.	ABRAHAMUS, fideralis fcientiae, Oneirocritices, & nefcio quarum aliarum artium, vt fabulantur, auctor.	1913.
	Vid. *Philonis Iudaei de vita Abrahami* libellus, a p. 1. Tom. II. oper. ed. *Th. Mangey. Voff.* de *Scient. Mathem.* c. XXX. §. 6.—8. p. 130. *Lambec. Prodr. Hist. Lit.* L. I. c VI. §. III. IV. p. 39—53. *Fabric. Cod. Pfeudepigr.* V. T. Tom. I. p. 341.—428. it. Tom. II. p. 81. *Catal. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 20.—24. *Hamberg.* Part. I. p. 24. f.	
2290.	JOSEPHVS, fimilium artium Vir confultiffimus, & libellorum quorumdam auctor fuiffe perhibetur.	1713.
	Vid. *Philonis Iudaei vita viri civilis, f. Jofephi* libellus, a p. 41. Oper Tom. II. *Lambec. Prodr. Hist. Lit.* L. I. c. VII. n. II.—IV p. 54.—71. *Fabric. Cod. Pfeud. V. T.* Part. I. n. CXXXVI. p. 760—CLXII.	

CLXII. p. 791. *Catal. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 21. 22.

2490. IOBVS. . . . . . . 1513.

Vid. *Lambec. Prodr. Hist. Lit.* L. II. c. I. §. III. p. 121.—129. *Petr. Dan. Huetius* in *Demonstrat. Euangelica* Proposit. IV. p. m. 375.—385. *Fabric. Cod. Pseudep. V. T. Tom. I.* n. CXLIII. p. 791.--CXLVI. p. 800. & Tom. II. p. 102. f. *Hamberg. Part.* I. p. 27—30. Quibuscum iungi debent, qui novissime vel de aetate *Jobi*, Scriptoris certe libri huius nominis, vel de oratione, ligata, an soluta, vel de rerum argumento, vero, an pie ficto in vtramque partem differuerunt, tamquam *Guil. Warburtonus* in *divina Legatione Mosis* Vol. II. p. 482.—553. *Thom. Heathius* in *Specimine novae versionis Anglicanae libri Jobi, Londini* 1756. & alii, partim ab interprete theotisco, *Sigism. Jac. Baumgartenio*, Halensium Theologo, ad *Catenam Theologorum Anglicanorum* in *V.* & *N. Testamenti libros* sacros, Tom. V. Lipsiae, 1756. 4. p. 249. 873. seqq. partim a Duumviris Celeberrimis, *Roberto Lowthio*, de *Sacra Poësi Hebraeo-*

braeorum, Praeleɑ̃.XXXII. p. 649—651. ed. *Gotting.* & *Iob. Davide Michaële*, in eiusdem praelectionis *Epimetro*, p. 675 —682. castigati. Equidem *Lowthium*, & *Michaëlem*, idoneos hac in re iudices, usurus tamen in nonnullis iudicio arbitrioque meo, sequi malim, quam alios.

2507. MOSES, Israëlitarum dux, iuris divini & humani, item rerum illius gentis vetustissimarum classicus Scriptor. 1496.

Vid. *Philonis Iudaei*, de vita *Mosis* Libri III. p 80.—179. *oper.* Tom II. *Lambec. Prodr. Hist. Lit.* L.II. c. II. § 1. p. 143.—152. *Simson. Chron.* ad A. M. 2507. *Petr. Dan. Huetii Demonstrat. Euangelica* Proposit. IV. p. 75.—311. ed. *Lips.* 1694. 4. *Ol. Borrich.* in *Hermete Aegyptiorum* c. IX. §. 4. seqq. p. 225. *Fabric. Cod. Pseudepigr.* V. T Tom. I. n. CLII. p. 825.— CLXIII. p. 868. item Tom II. p 111—130. *Catal. Bunav.* Tom. III. Vol I. p. 92. seqq & alii, ab *Hambergero* commemorati, Part. I. p. 30. Inspiciantur quoque *Iac. Hasaei Animadversiones ad testimonia de Mose, eiusque Pentateu-*

A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
	teucho, ab illustr. Huetio collecta in Biblioth. Bremens. Cl. VI. Fascic. V. n. 1. p. 769. seqq.	
2544.	HERMES TRISMEGISTVS, s. *Thoth*, Aegyptiacarum literarum, & sapientiae, vt fertur, parens.	1459.
	Vid. *Petr. Lambecius* in *Prodr. Hist. Lit.* L. II. c. I. §. VI. p. 134.—143. *Simson. Chron.* ad A. M. 2544. cum adnotatione *Wesselingiana. Thom. Pope-Blount Censura Celebriorum Authorum* ed. *Genev.* 1710. 4. p. 1. 2. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. VII.—XII. p. 46.—85. *Tom. I. Catal. Bunav. Tom. I. Vol. I.* p. 57, & *Vol. II.* p. 1313. *Hamberger* Part. I. p. 18.—23. Addatur viri docti disputatio in *Ephemeridibus Helveticis*, (*Journal Helvetique* 1744. Nov. p. 480.) hoc modo indicata: *Livre où on tache de prouver qu'il n'y a point ni de Zoroastre, ni de Mercure Trismegiste.*	
....	ORVS, s. HORVS, s. HORAPOLLO, incertum, quis, cuias, aut quorum temporum, ortu Aegyptius nonnullis esse solet, arg. *Pausan.* in *Corinth.* XXX. p. 181. ed. *Kuhn.*	....

Hieroglyphicarum literarum; quas inveniſſe dicitur *Hermes Triſmegiſtus*, ſecundum quosdam Grammaticos, interpres. Quare antiqviori loco, quam earumdem literarum auctor, poni non debebat interpres.

Vid. *Fabric.* Bibl. Gr. L. I. c. XIII. p. 87. ſeqq. Tom. I. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 58. & *Hamberg.* Part. I. p. 44.—46.

2555. IOSVA, Iſraëlitarum poſt D. Moſem dux, & libri eius nominis, vt credibile eſt, auctor. Hoc anno demum, pacatis rebus, otio frui coepit, animumque ad ſcribendum divinitus appuliſſe videtur. 1448.

Vid. *Lambec. Prodr. Hiſt. Lit.* L. II. c. II. § IV. & V. p. 155. 156. *Petr. Dan. Huetius* in *Demonſtratione Euangelica.* Propoſ. IV. p. 312.—333. *Fabric. Cod. Pſeudepigr. V. T.* Part. I. n. CLXVI p. 871.—CLXIX. p. 893. & Part. II. p. 130.—138. *Hamberg.* Part. I. p. 33.

2661. MELAMPUS, augur, & vates. 1342.

Vid. *Simſon. Chron.* ad A. M. 2661. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. XV. p. 98. ſeqq. *Tom. I.*

SAN-

A. Orbis conditi conditi	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
2729.	SANCHONIATHON, nescio quis, antiquitatis, vt perhibent, Phoenicum auctor. Vid. *Voss.* de *Histor. Graec.* L. I. c. I. p. 5. s. & L. IV. p. 342. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. XXVIII. p. 163. seqq. Tom. I. Cel. *Wesseling.* ad *Simson. Chron. Parasceve* c. I. & A. M. 2950. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1575.	1274.
2748.	ORPHEVS, Thrax, Lini, vt ferunt, discipulus, Philosophus, Astrologus, Poëta, & Musicus. Vid. *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. XXXII. §. 7. p. 145. *Lambec. Prodr. Hist. Lit.* L. II. c. IV. §. III. & IV. p. 166.— 181. *Simson. Chron.* ad A. M. 3429. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. XVIII — XX. p. 110.— 136. *Tom. I. Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 60. 61. & Vol. II. p. 1480. *Hamberg.* Part. I. p. 34. Addantur *Analecta de Orpheo*, in *Mich. Christo. Hanovii Disquisitionibus*, Gedani, 1750. 4. & *Jo. Matthiae Gesneri Syntagma Orphicum*, curante *Georg. Christo. Hambergero* editum Lipsiae, 1764. 8.	1255.

MV-

A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
2750.	MVSAEVS, Athenienſis, quem alii *Lini*, alii *Orphei* fuiſſe filium, certe diſcipulum, ferunt, itidem Philoſophus & Poëta.	1253.
	Vid. *Serv.* ad *Virg.* VI. *Aen.* 667. *Lambec. Prodr. Hiſt. Lit.* L. II. c. IV. §. V. p. 181.—186. *Simſon. Chron.* ad A. M. 2750. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. XVI. p. 101. Tom. I. *Catal. Bun.* T. I. Vol. I. p. 59. 60. & Vol. II. p. 1460. *Hamberger.* Part. I. p. 37.—40. a quo praetermiſſam eſſe Clariſſ. *Joannis Schraderi* editionem Leowardienſem 1742. 8. miror.	
2756.	ASCLEPIVS, ſ. AESCVLAPIVS, artis Medicae vulgo auctor eſſe perhibetur.	1247.
	Vid. *Simſon. Chron.* ad A. M. 2756. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. VIII. p. 55. ſeqq. *Tom. I. Catal. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1010. *Hamberg.* Part. I. p. 24.	
2820.	DARES, *Phrygius*, DICTYS, *Cretenſis.* } rerum Troianarum auctores fuiſſe dicuntur.	1183.
	Huiusmodi certe nominum ludibrio circumferuntur *de Bello, & Excidio Troiano* libelli. *Voſſ.*	

A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
	Vid. *Voff.* IV. de *Hift. Gr.* p. m. 342. 343. *Fabric.Bibl. Gr.* L. I. c. V. p. 26. feqq. & p. 30. feqq. *Tom. I.* Eiusd. *Bibl. Lat.* L. I. c. VI. a p. 70. feqq. Tom. I. & p. 79. *Tom. II. Catal. Bunav. Tom. I. Vol. I.* p. 56. & *Vol. II.* p. 1195. & 1202. *Hamberger.* Part. I. p. 41.—44.	
2910.	SAMVEL, divinus Sacerdos, vates, ciuitatis Ebraeae rector, librique *Iudicum*, & *Rutbae*, vt plerique opinantur, Scriptor.	1093.
	Vid. divinus Auctor I. *Sam.* I. —XXV. *Iofeph.* V. *Ant. Iud.* XI. & VI. c. II. feqq. *Petr. Dan. Huetius* in *Demonftr. Euangel. Propof.* IV. p. 333. feqq. —339. *Fabric. Cod. Pfeudepigr.* Tom. I. n. CLXXI. p. 895. & Tom. II. p. 138. *Hamberg.* Part. I. p. 47. Ceterum libri *Rutbae* non *Samuelem*, fed *Davidem* auctorem effe cenfet *C. A. Heumannus* in fingulari disputatione, qvae extat in *Poeciles* Tom. I. Libr. II. n. 1. p. 177. feqq.	
2950.	DAVIDES, rex Iudaeorum, vates divinus, & Hymnographus.	1053.

B Vid.

A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
	Vid. *Petr. Dan. Huetii Demonſtr. Euangel. Propoſit.* IV. p. m. 385.—397. *Fabric. Cod. Pſeudepigr.* Tom. I. n. CLXXV.—CLXXVI. p. 905.—914. it. n. CLXXVIII.—CLXXXIV. p. 1000.—1010. & Tom. II. p. 140.—144. *Hamberger.* Part. I. p. 49.—51.	
. . . .	GADVS, & NATHANES, ſacri vates, & maioris duorum Samuelis librorum partis auctores.	. . . .
	Vid. *Petr. Dan. Huetii Demonſtr. Euangel.* Propoſit. IV. p. m. 339. *Fabric. Cod. Pſeudepigr.* Tom. I. n. CLXXXV. p. 1011. *Hamberg. Part. I.* p. 52.	
3000.	SALOMON, Davidis F. rex Iudaeorum, ſapientia inclytus.	1005.
	Vid. *Ioſeph.* VIII. *Ant. Iud.* c. II. p. m. 257. F. ἐν πάσαις ἐφιλοσόφησε. rel. *Petr. Dan. Huetii Demonſtr. Euangelic. Propoſit.* IV. 397.—416. *Fabric. Cod. Pſeudep.* V.T. Tom. I. n. CLXXVII. p. 914.—999. & n. CLXXXVIII.—CCVI. p. 1014.—1070. item L. VI. *Bibl. Gr.* c. IX. p. 387. Tom. XIII. *Ham-*	

A. Orbis conditi	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
	Hamberg. Part. I. p. 52.—56.	
3030.	HOMERVS, per eminentiam Graecorum poëta, carminis Epici primarius, et incorruptus artifex, ab aetate Lycurgi, Spartanorum Legislatoris, mihi non multum femovendus effe videtur. arg. *Cic.* in *Brut.* 10. & V. *Tufc. Qvaeft.* 3.	973.
	Imagines eius apud *Gronovium*, *Thefaur. Ant. Graec.* Vol. II. Tab. 18.—21.	
	Vid. *Voff.* de *Poët. Graec.* c. 2. p. 8. feqq. *Simfon. Chron.* ad A. M. 3030. it. 3093. & 3110. *Pope-Blount Cenfur. Celebr. Author.* p. 4. feqq *Fabric. Bibl.* Gr. L. II. c. I.—VII a p. 253.—369. Tom I. *Catal Bunav. Tom. I. Vol. I.* p. 64.—70. & *Vol. II.* a p. 1327.—1334. *Hamberger.* Part. I. 56.—69. qui tamen nollem omififfet vel praeclaram. *Sam. Clarckii* editionem Londinenfem, 1729. duobus Codicibus, qua ternis, repetitamque ibid. 1735. octonis, vel *Angeli Mariae Riccii*, Graecarum literarum Profefforis Florentini, *Differtationes Homericas*, Florentiae, 1741. 4. tribus Codicibus evulgatas.	

 In-

A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
	Interim *Clarckianae* editionis aemulam, vna cum varietate lectionum Codicis Lipsiensis, cultissimisque animadversionibus, *Jo. Aug. Ernestio*, V.C. Lipsiae, 1759.—64.8. debemus.	
3090.	HESIODVS, variorum carminum auctor. Recte, meo quidem iudicio, *Varro* apud *Gell.* III. *Noct. Att.* 3. *non esse dubium*, ait, *quin aliquo tempore eodem vixerint*, (Homerus & Hesiodus.) Icones eius apud *Gronov. Thes. Ant. Graec.* Vol.II. tab.22. Vid. *Voss.* de *Poët. Graec.* c. 2. *Simson. Chron.* ad A. M. 3199. cum Cl. *Wesselingii* animadversione. *Pope-Blount* p. 2. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c XIII. p. 85. & L. II. c. VIII. a p. 369.—388. Tom. I. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 71. f. *Hamberger.* Part. I. p. 70.	909.
3122.	LYCVRGVS, Legum Spartanarum Scriptor. *Simson. Chron.* ad A. M. 3079. 3107. 3110. 3121. 3122. 3132. 3149. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIV. p. 522. Tom. I. *Catal. Bunav.* Tom.	881.

A. Orbis conditi circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter
	Tom. I. Vol. II. p. 1409.	
3171. vſque ad 3290.	IONAS, quintus minorum Prophetarum. IOEL, ſecundus eorumdem. AMOSVS, tertius. . . HOSEAS, primus. . . ESAIAS, primus maiorum. . MICHA, ſextus minorum. . OBADIAS ſ. ABDIAS, quartus minorum. . . . NAHVM, ſeptimus eorumdem.	832. vſque ad 713.
	Sub regibus Iudae *Amaſia*, *Oſia*, *Iotbamo*, *Acbaſo*, & *Ezecbia*, nec non Iſraëlis, *Ieroboamo II.*	
	Vid. omnino *Petr. Dan. Huetii Demonſtr. Euangel. Propoſit.* IV. p. m. 430.—435. & 483.—507. *Campeg. Vitringa* in *Prolegomenis Eſaiae Commentario* praemiſſis. *Simſon. Cbron.* ad A. M. 3171. 3207. 3223. 3262. & 3275. *Fabric. Cod. Pſeudepigr. V. T.* Tom. I. n. CCXIV. p. 1086. —CCXV. p. 1100. & Tom. II. p. 167. *Catal. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 31. ſeqq. *Hamberger. Part.* I. p. 75.—81. & p. 88. ſ.	

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter.
3290.	XVI: 2.	ROMULUS, rex Romanorum, hoc anno de medio sublatus. Imago ejus nota est ex numo Memmiano, apud *Gronov. Thesaur. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 26. Vid. *Cic.* IV. *Tusc. Qv.* I. *Dionys. Halic.* II. *Arch.* p. 116. *Simson. Chron.* ad A. M. 3290.	713.	39.
. . .	. . . . .	ARCHILOCHVS, mordacis Jambi virulentus auctor. arg. *Cic.* I. *Tusc. Qv.* I. vixit ad Olympiad. XXIII. Vid. *Voss.* de *Poët. Graec.* c. III. p. 14. *Simson. Chron.* ad A. M. 3305. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. p. 547. seqq. *Tom. I. Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 73. & Vol. II. p. 1033. *Hamberg.* Part. I. p. 90. f.	. . .	. . .
3292.	XVI: 4.	NVMA POMPILIVS, secundus Romanorum rex, *divini atque humani iuris, vt in illa quisquam aetate esse poterat, consultissimus vir*, *Liv.* I. 18. de cuius libris vid. Epicrisis mea in *Bellefortem* quemdam in *Miscell. Lips. Nov.* Vol. II. Part. III. p. 487. & Part IV. p. 669. f. add. *Simson. Chron.* ad A. M. 3291. & 3292. & *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIV. p. 529. *Vol. I.*	711.	41.

Eius

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Eius effigies apud *Gronov. Thesaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. yyyy.		
3321.	XXIV: 1.	TYRTAEVS, Elegorum Martiorum artifex. Vid. *Voff. de Poët. Graec.* c. III. p. 15. *Simfon. Chron.* ad hunc Orbis annum. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XI. p. 442. (Not. c.) *Tom. I. Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1663. *Hamberger.* Part. I. p. 89. & Cel. *Klotzii* Differtatio de *Tyrtaeo*, fragmentis *Tyrtaeanis* praemiffa, Altenburgi, 1767. 8.	682.	70.
3327.	XXV: 3.	MANASSES, Iudaeorum rex. De eius Oratione Vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. III. c. XXIX. p. 738. Tom. II. & *Codex Pfeudep.* Tom. I. n. CCXVI. p. 1100. *Hamberg. Part. I.* p. 83.	676.	76.
3333.	XXVII: 1.	ALCMAN f. ALCMAEON, Sardiano-Lydus, poëta lyricus, in rebus potiffimum amatoriis verfatus. Vid. *Voff. de Poëtis Graecis* c. 3. p. 13. *Simfon. Chron.* ad hunc a. orbis conditi. *Perizon.* ad *Aelian.* XII. *Var. Hift.* L. n. 8. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. p.	670.	82.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		p. 543. Tom. I. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 73. & Vol. II. p. 1016. f. *Hamberger.* Part. I. p. 91.		
3353.	XXXII: 1.	HABACUC, octavus minorum Prophetarum.	650.	102.
		Vid. *Petr. Dan. Huetii Demonstr. Euangel. Propos.* IV. p. 508.—511. *Simson. Chron.* ad hunc annum. *Hamberger.* Part. I. p. 82.		
3359.	XXXIII: 3.	ZEPHANIAS s. SOPHONIAS, nonus minorum prophetarum.	644.	108.
		Vid. *Petr. Huetii Demonstr. Euangel. Propos.* IV. p. 512.—515. *Fabric. Cod. Pseudepigr.* T. I. n. CCXXVII. p. 1140. *Hamberger.* Part. I. p. 85.		
3374.	XXXVII: 2.	JEREMIAS, secundus maiorum Prophetarum.	629.	123.
		Vid. *Petr. Dan. Huetii Demonstr. Euangel. Propos.* IV. p. 435.—449. *Simson. Chron.* ad hunc annum orbis. *Fabric. Cod. Pseudepigr.* V. T. Tom. I. n. CCXVII. p. 1102.—CCXVIII. p. 1116. & T. II. p. 163.—167. & *Bibl. Graec.* L. III. c. XXIX. p. 741. T. II. *Hamberger.* Part. I. p. 86. Ceterum quam D. *Ieremiae* episto-		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		epistolam asseruerat *Petr. Dan. Huetius* in *Demonstr. Euangel. Propos.* IV. p. 455. s. eam a manu Ieremiae profectam esse iure negavit vir Consultiss. *Nicol. Bondt* in *Dissertatione Philologico-Critica in Epistolam Jeremiae Apocrypham*, Traj. ad Rh. 1752. 4.		
3393.	XLII: 1.	PITTACUS, Mytilenaeus, vnus de *SEPTEM*, vt vulgo dici solent, *SAPIENTIBUS.* nat. Olymp. XXXII. Θ. Olymp. LII. 3.	610.	142.
		Imago e numismate aereo *Fulv. Vrsini* ap. *Gronov. Thes. Antiqv. Gr.* Vol. II. tab. 32.		
		Vid. *Hygin.* fab. CCXXII. & ad h. l. interpretes p. 339. n. 7. *Diogen. Laërt.* L. I. Sect. 74. —81. *Simson.* ad hunc annum orbis. *Histoire des sept Sages par Mr. de Larrey, augmentée de Remarques par Mr. de la Barre de Beaumarchais.* à la Haye, 1734. Tom. I. II.		
3401.	XLIV: 1.	ALCAEUS, Mytilenaeo-Lesbius, Poëta Lyricus, tyrannorum insectator.	602.	150.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter.
		Imago e numo aeneo *Urſini*, ap. *Gronov. Theſ. Antiqv. Gr.* Vol. II. tab. 33.		
		Vid. *Voſſ. de Poëtis Graec.* c. 3. p. 17. *Simſon. Chron.* ad eum orbis annum. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. p. 541. Vol. I. *Catalog. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 73. *Hamberg.* Part. I. p. 96.		
. . .	. . . . .	SAPPHO, Lesbia, Poëtria Lyrica.	. . .	. . .
		Imago e ſchedis *Pyrrhi Ligorii* ap. *Gronov.* Vol. II. *Theſ. Ant. Gr.* tab. 34.		
		Vid. *Voſſ. de Poët. Graec.* c. 3. p. 17. *Simſon. Chron.* ad eundem Orbis annum. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. p. 563. ſeq. Vol. I. *Catalog. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 73. & Vol. II. p. 1725. *Hamberger.* Part. I. p. 93. ſeq.		
. . .	. . . . .	ERINNA, Lesbia.	. . .	. . .
		Vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. Vol. I. p. 555. *Hamberg.* Part. I. p. 95.		
3403.	XLIV: 3.	EZECHIEL, tertius maiorum	600.	152.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		rum prophetarum, circa hoc tempus divinam legationem auſpicatus eſſe videtur. Neque tamen res Chronologica in vado eſt. Vid. *Perizon* in *Orig. Aegyptiac.* c. XXIII. p. m. 488. ſeqq. tum, *Petr. Dan. Huetii Demonſtr. Euangel. Propoſit. IV.* p. m. 457.—464. *Fabric. Cod. Pſeudepigr.* T. I. n. CCXXI. p. 1117. — CCXXII. p. 1123. & T. II. p. 167.—169. *Hamberger.* Part. I. p. 101. ſ.		
...	.....	DANIEL, quartus maiorum Prophetarum, ab hac circiter aetate, meo quidem iudicio, removeri non debet. neque obſtat locus vaticinationis *Ezechielis*, c. XIV. verſ. 14. & 20 ubi ab *Ezechiele Noachus*, *Daniel*, & *Jobus* laudantur. Exechiel enim Danielis, vt *συγχρόνυ* meminiſſe poterat. Vid. *Petr. Dan. Huetii Demonſtrat. Euangelic. Propoſit.* IV. p. 464—482. *Fabric. Cod. Pſeudep.* Tom. I. n. CCXXIII. p. 1124.— CCXXVI. p. 1140. & Tom. II. p. 169. *Hamberger.* Part. I. p. 102. ſeqq.	...	...

C 2 SO-

A. O. C. circiter	A Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
3411.	XLVI: 3.	SOLON, Philosophus, & Legum Scriptor Atheniensis. Θ. Olymp. LIV: 4. Imago eius in gemma e Fulvio Vrsino ap. *Gronov. Thes. Antiq. Gr.* Vol. II. tab. 31. Vid. *Diogen. Laërt.* L. I. Sect. 45.—67. *Simson. Chron.* ad eum orbis annum. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIV. p. 526. Vol. I. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 74. it. Vol. II. p. 1616. *Hamberger.* Part. I. p. 98. seqq.	592.	160.
. . .	. . . . .	MIMNERMUS, Colophonius, poëta gnomicus, Pentametri inventor. Vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XI. Tom. I. p. 442. (Adnot. e.) *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 77. *Hamberger.* Part. I. p. 109.	. . .	. . .
3413.	XLVII: 1.	ANACHARSIS, Scytha, Philosophus. Icon ex gemma ap. *Gronov. Thes. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 35. Vid. *Diogen. Laërt.* L. I. Sect. 101.—105. *Simson.*	590.	162.

A. O. C. conditi	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Simson. Chron. ad hunc orbis annum. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. X. p. 419. & L. II. c. XXIII. p. 771. Vol. I. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 74. it. Vol. II. p. 1023. *Hamberger.* Part. I. p. 97.		
3415.	XLVII: 4.	BARUCHUS, Jeremiae discipulus.	588.	164.
		Vid. *Petr. Dan. Huetii Demonstr. Euang. Propos.* IV. p. 449—454. *Fabr. Bibl. Gr.* L. III. c. XXIX. p. 740. f. Vol. II. *Cod. Pseudepigr.* Tom. I. n. CCXIX. p. 1116. & Tom. II. a p. 145.—155. *Hamberger.* Part. I. p. 87. f.		
3433.	LII: 1.	AESOPUS, Phryx, Apologorum scriptor. Necatus est Olymp. LIV.	570.	182.
		Simson. Chron. ad A.M. 3441. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. IX. a p. 388. seqq. Vol. I. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 74. & Vol. II. p. 1010. *Hamberger.* Part. I. p. 104.		
3441.	LIV: 1.	PHALARIS, Agrigentinorum tyrannus.	562.	190.
		Vid. *Simson. Chron.* ad hunc A. M. & 3457.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. X. p. 104. Vol. I. *Catalog. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 73. & Vol. II. p. 1508. *Hamberger.* Part. I. p. 106. seq. addatur *l'Histoire de Phalaris avec ses Lettres sur le Gouvernement*, 1726. 8.		
. . . .	. . . . .	STESICHORUS, Himerensis, Lyrici & Bucolici carminis auctor. nat. Olymp. XXXVII. ⊖. Olymp. LVI. *Suidas* in voc. Στησίχορος. Imago apud *Gronov. Thes. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 38. Vid. *Voss. de Poëtis Graecis.* c. 3. p. 16. *Simson. Chron.* ad A. M. 3445. & 3449. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. p. 569. Vol. I. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 76. *Hamberger.* Part. I. p. 92. f.	. . .	. . .
. . . .	. . . . .	SUSARION, fabulae comicae auctor. Vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXII. Vol. I. p. 751. *Wesseling.* ad *Simson. Chron.* a. 3441. (Adnot. †) In	. . .	. . .

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter.
3447.	LV: 3.	In hos circiter annos Historia *Libri ESTHERAE*, cadere videtur. Vid. *Petr. Dan. Huetii Demonstr. Euangel. Prop.* IV. p. 370.—375. Cf. inprimis Cel. *Wesselingius* ad *Simson. Chron.* A. M. 3644. & *Hamberger.* Part. I. p. 147.	556.	196.
3451.	LVI: 3.	IBYCUS, Rheginus, Poëta lyricus. Vid. *Voss. de Poët. Graec.* c. IV. p. 21. s. *Simson. Chron.* A. M. 3451. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. Vol. I. p. 557. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 77. *Hamberger.* Part. I. p. 109. s.	552.	200.
3452.	LVI: 4.	Circa haec tempora *CONFVCIVS*, Sinensium Philosophus, floruisse vulgo perhibetur. Vide Scriptores in *Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1172. s. & ab *Hambergero*, Part. I. p. 116. seqq. commemoratos.	551.	201.
3458.	LVIII: 2.	THEOGNIS, Megarensis, Poëta Gnomicus. *Simonidem* allocutus est vers. 469. adeoque post *Simonidem* forte collocari posset. Sed haec memoria	545.	207.

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		ria non tam antiquiorem Simonidis gradum, & locum, quam nudi συγχρονισμοῦ, qui inter maiorem & minorem natu esse potest, signum approbat. Vid. *Voss. de Poët. Graec.* c. IV. p. 21. *Simson. Chron.* ad A. M. 3474. *Pope-Blount* p. 6. f. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XI. Vol. I. p. 433. *Catalog. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 77. *Hamberger.* Part. I. p. 110. f. & *Abrab. Kallius* in *Specimine novae editionis sententiarum Theognidis*, Gottingae, 1766. 4.		
3468.	LX: 4.	PHOCYLIDES, Milesius, Poëta gnomicus. Vid. *Voss. de Poët. Graec.* c. IV. p. 22. *Simson. Chron.* A. M. 3468. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XI. Vol. I. p. 436. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 80. f. *Hamberger.* Part. I. p. 111.	535.	217.
3473.	LXII: 1.	ANACREON, Teius, Poëta lyricus. Vultum eius e numo aereo *Ursini* exhibet *Gronov. Thes. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 41. *Voss.*	530.	222.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Voff. de Poët. Gr. c. IV. p 22. *Simfon Chron.* ad hunc Orbis annum. *Fabric. B. G.* L. II. c. XV. p. 545. Tom. I. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 81. & alii, ab *Hambergero*, Part. I. p. 112. laudati. Incerti cujusdam auctoris Britanni (LL. TT.) Animadverfiones quaedam in *Anacreontem* leguntur in *Mifcell. Obfervat.* Vol. II. Tom. I. p. 4. — 6.		
3474.	LXII: 2.	SIMONIDES, Ceus, Philofophus, & Poëta melicus. Olymp. LVI.—LXXVIII. *Voff. de Poëtis Graec.* c. IV. p. 20. & IV. *de Hift. Gr.* c. 3. p. 352. *Simfon. Chron.* ad hunc annum. *Fabric. B. G.* L. II. c. XV. Tom. I. p. 565. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. 1. p. 80. *Hamberger* Part. I. p. 128. *Hiftoire de Simonide et du Siecle, ou il a vecu avec des Eclairciffemens Chronologiques par M. de Boiffy, Fils. à Paris* 1755. 8. et perexemia difputatio *Goenfiano-Dukeriana*, de *Simonide*, *Ceo*, *Poëta*, *et Philofopho*, Trai. Rh. 1768. 4.	529.	223.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
3484.	LXIV: 1.	ZOROASTER, Perſomedes.	519.	233.
		Petr. Lambec. Prodrom. Hiſt. Liter. L. I. c. V. §. IV. collatus cum L. I. c. VII. §. V. — VII. *Simſon. Chron.* ad A. M. 1937. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. 36. Tom. I. p. 243. ſeq. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 63. ſ. & T. I. Vol. II. p. 1713. ſ. *Hamberger.* Part. I. p. 14-18.		
3485.	LXV: 1.	HAGGAEUS, decimus minorum Prophetarum.	518.	234.
		Petr. Dan. Huetii Demonſtrat. Euangelic. Propoſ. IV. p. 515 — 518. *Simſon. Chron.* ad hunc A. M.		
. . .	. . . . .	ZACHARIAS, vndecimus minorum Prophetarum.	. . .	. . .
		Petr. Dan. Huetii Demonſtrat. Euangel. Propoſ. IV. p. 518. — 522. *Simſon Chron.* eodem anno. *Fabr. Codex Pſeudep.* T. I. n. CCXXVIII. p. 1142. ſeqq.		
. . .	. . . . .	Leges REGIAE Romanorum, quas in vnum corpus redegiſſe *Sext. Papirius* vulgo creditur.	. . .	. . .
		Vid. Epicriſis mea in *Bellefortis* cenſuram Hiſtoriae Romanae, *Nov. Miſc. Lipſ.* Vol. II. P. IV. p. 666. ſ.		

Ritte-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter.
		Ritterus, V. C. *ad Heineccii Histor. Iuris* L. I. c. II. §. XVII. p. m. 31. seq. it. *Bachius* in *Histor Iurisprud. Roman.* L. I. c. 1. §. VI. s. p. 11. seqq.		
...	.....	ANNALES *Pontificum* MAXIMI, aliaque monumenta, ad servandam rerum Romanarum memoriam idonea. V. *Voss.* de *Histor. Latin.* L. I. c. 1. p. 1. – 5. & *Epicrisis* mea in istius eiusdem Censoris, vitio creati, libellum de *incerto Historiae Romanae*, *in Miscellan. Lipsiens. Novis*, Vol. II. P. IV. a p. 627. seqq. Profecto, nisi Pontificum Annales vel Horatii aetate superstites, & lecti fuissent, quis sanus judicare & dictitare potuisset, *Pontificum libros, annosa volumina vatum Albano Musas in monte locutas* esse? ap. Hor. II. Epist. 1. 27.	...	...
3496.	LXVII: 4.	PYTHAGORAS, Samius, Philosophus. Diversus a *Pythagora*, Lacone, quem cum Numa consuetudinem habuisse, eique in regno constituendo consiliorum adiutorem fuisse aiunt. v. *Plutarch* in *Numa* p. 60. A. B. inde videtur famae ambiguitas nata esse, vt nonnulli Numam institutis	507.	245.

Pythagorae, Philosophi, sapientem extitisse crederent. Olymp. XLIX: 2. — Olymp LXX: 4.

Aetatis, qua maxime per Magnam Graeciam floruit *Pythagoras*, verisimillimus mihi index esse videtur *Cicero*, IV. Tusc. Qu. 1.

Imago ex numo aereo reginae *Christinae* apud *Gronov. Thesaur. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 40.

Ceterum legi possunt.

Diogen Laërt. VIII. Sect. 1. — 50.

Voss. IV. de *Histor. Graec.* c. I. p. 348. seqq. de *Philosophorum Sectis.* c. VI. p. 28. — 45.

Ionf. de *Script. Histor. Philosoph.* Ienae 1716. 4. L. I. c. III. §. 7. p. 25.

Simsonus in Chron. ad A. M. 3438. 3461. 3473. 3506. & 3508.

Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XII. Tom. I. p 448.

Osterhaus. Comp Histor. L. III. c. III. §. 4. aliique homines docti, cum in

Catalogo Bunav. T. I. Vol. II. a p. 1536. & seqq. tum ab

Hambergero, Part. I. p. 118. seqq. laudati. add. doctiss.

Montucla, in *Historia Matheseos*, (*Histoire des Mathematiques*, Paris 1758. 4.) evul-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		evulgata, Tom. I. P. 1. L. III. §. VII. — X. p. 112. — 129. De *Pythagorae* Κυάμῳ est disputatio in *Misc. Observ.* Vol. VI. Tom II. p. 417. — 452. cujus auctorem fuisse virum Nobiliss. *Balthasar. Huidekoperum*, indicat Celeb. *D'Orvilius* ad *Chariton.* p. 609.		
3497.	LXVIII: 1.	SCYLAX, Caryandensis, Geographus, forte his temporibus aequalis. Cf. tamen *Voss.* de *Histor. Graec.* L. I. c. XIX. p. 100. *Is. Voss.* ad *Pompon.* Melam. L. I. c. XVI n. 10. *Fabric. Bibl Gr* L. IV. c. 2. Tom III. p. 31. *Theoph. Sigefrid. Bayerus* de *Situ Scythiae sub aetatem Herodoti*, p. 404. T. 1. *Comment. Petropolitanorum.* *Catalog. Bunav.* T. 1. Vol. 1. p. 145. & Vol. II. p. 1599.	506.	246.
3501.	LXIX: 1.	HERACLITUS, Ephesius, Philosophus. Imaginem eius ex marmore Magni Ducis *Etruriae* dedit *Gronovius Thes. Antiqu. Gr.* Vol. II tab. 56. *Diogen. Laërt.* L. IX. Sect. 1. — 17. *Voss. de Poëtis Gr.* c. IV. p. 25.	502	250.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Fabric. Bibl. Gr. L. I. c. 22. p. 142. L. II. c. 10. p. 418. & L. II. c. 23. p. 760. *Tom.* I. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 82. & Vol. II. p. 1310. it. *Hamberger. Part.* I. p. 124. f. *De Heracliteo:* Αὐη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίςη, *Observatio* est T. P. A. (i. e. *Petr. Wesselingii*) in *Miscell. Observ.* vol. V. Tom. III. p. 42. — 48.		
3508.	LXX: 4.	THEANO, Pythagorae sive vxor, sive discipula. A nonnullis dicitur filia *Brontini*, ab aliis vxor *Brontini*, Metapontini. vid. eius Epistolae tres in calce *Jamblichi Protrepticarum Orationum*, edit. *Job. Arcerii* Commelinianae 1598. 4. p. 161. *Voss. de Poët. Graec.* c. IV. p. 22. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIII. Tom. I. p. 512. *Catalog. Bun.* T. I. Vol. I. p. 80. & *Hamberger. Part.* I. p. 123. f.	495.	257.
....	.....	OCELLUS LUCANUS, Pythagorae discipulus esse perhibetur. *Pope-Blount Censur.* p. 6. *Fabric.*	...	...

A. O. C. conditi	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Fabr. Bibl. Gr. L. II. c. XIII. T. I. p. 496. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 88. *Hamberger.* Part. I. p. 158. Editus quoque eſt Graece & Francice cum a Marchione Dargenſio, Berolini 1762. 8. tum *Battaeſio*, (*Le Batteux*) in Comment. Acad. Reg. Inſcript. Tom. XXIX: a p. 229. ed Paris.		
3509.	LXXI: 1.	AESCHYLUS, Cynaegiri frater, Athenienſis, Poëta tragicus. Ol. LXIII: 3. Θ. Olymp. LXXXI: 1. v. *Voſſ. de Poëtis Graec.* c. 4. p. 25. et c. 5. p. 29. ſ. *Simſon. Chron.* A. M. 3467. 3514. 3549. *Pope-Blount.* p. 7. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. 16. p. 574. ſeqq. Tom. I. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 84. ſ. & Vol. II. p. 1010. *Hamberger.* Part. I. p. 129. — 134. Addantur viri graece doctisſimi *Frid. Ludov. Abreſchii*, cum *Obſervata ad Aeſchyli Prometheum vinctum & Scholiaſtem*; eiusdemque *Praetermiſſa in Obſervatis ad Aeſchyli Prometheum vinctum* ſub nomine *Patrobaſilii*	494.	258.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C N. circiter	A Urbis circiter
		lii evulgata in *Miscell. Observationibus*. Vol. VII. T. III. p. 405. — 416. & Vol. VIII. Tom. III. p. 341. — 346. tum *Animadversionum ad Aeschylum libri duo*, *Medioburgi* 1743 8. & *liber tertius Zwollae* 1763. 8.		
		Item *Beniamini Heath Notae f. Lectiones ad Tragicorum Graecorum veterum*, *Aeschyli*, *Sophoclis*, *Euripidis*, *quae supersunt dramata*, *deperditarumque reliquias*. *Oxonii*. 1762. 4.		
		Vtinam quod *in novae editionis Tragoediarum Aeschyli Specimine* Lugd. Bat. 1746. 4. in lucem emisso, nomen fecerat eruditiss. *Antonius Askewius*, istud etiam dispunxisset !		
		Aeschyli quoque & eius Scholiastis emendandi rationem habuit incertus auctor Britannus (LL. TT.) in *Miscellan. Observat.* Vol. II. Tom. II. p. 164 — 169.		
. . .	. . . . .	GORGIAS, Leontinus, Sophistarum princeps, magister Isocratis, et Alcidamantis.	. . .	. . .
		Simson. Chron. ad A. M. 3578. *Fabric. Bibl. Gr* L. II. c. 26. p. 857. *Tom.* I.		

Catal.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Catal. Bunav. T. I. Vol. I. p. 98. *Hamberger.* Part. I. p. 176. Cf. eruditiff. *Petr. van Spaan*, de *Antiphonte*, *Oratore Attico.* p. 5. 6.		
3517.	LXXIII: 1.	EPICHARMUS, Siculus, veteris Comoediae auctor. Serius etiam collocari posset propter *Hieronis* tyrannidem, & ea, quae leguntur apud *Jamblich. de vita Pythagor.* c. XXXVI. p. m. 214. v. *Voff. de Poëtis Graec.* c. VI. p. 33. *Simfon. Chron.* ad A. M. 3468. *Fabr. Bibl. Gr.* L. II. c. XIX. Tom. I. p. 644. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 82. & Vol. II. p. 1220. it. *Hamberger.* Tom. I. p. 125.	486.	266.
. . . .	. . . . .	PINDARUS, Thebanus, Poëta lyricus, *Myrtidis* Poëtae difcipulus, (toto coelo diverfus a *Pfeudo-Pindaro*, Thebano, Iliados epitomatore latino, longe ferioris, incertae tamen aetatis.) nat. Olymp. LXV: 1. Θ. Olymp. LXXXVI: 2. Imaginem e marmore aedium Iuftinianarum depictam dedit *Gronov. Thef. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 66.	. . .	. . .

E v. *Voff.*

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C N. circiter	A. Urbis circiter
		Voss. de Poët. Gr. c. V. p. 29. *Simson. Chron.* ad annos M. 3485. 3517. & 3570. *Pope - Blount*, Cens. p. 9. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XV. p. 531. seqq. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 83. s. & Vol. II. p. 1514. *Hamberger.* Part. I. p. 149. — 155. De Pseudo-Pindaro legatur *Fabric. Bibl. Lat.* L. I. c. VI. p. 72. Tom. I. inprimis *Bibl. Med. & Infim. Lat.* T. V. p. 875. et doctiss. *Ioannes van der Dussen* in *Prodromo novae Pindari Thebani Editionis*, s. *Specimine Animadversionum Criticarum.* Campis 1769. 8.		
....	.....	CORINNA, Thespia, vel Corinthia, *Myrtidis* discipula, poëtria *Voss. de Poëtis Graec.* c. V. p. 29. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XV. p. 553. Tom. I. *Hamberger.* Part. I. p. 147.	...	...
3524.	LXXIV: 4.	ACHAEUS, Eretriensis, poëta Comicus. *Voss. de Poët. Gr.* c. V. p. 27. *Hamberger* Part. I. p. 166.	479.	273.
3525.	LXXV: 1.	THEMISTOCLES, dux Graecorum. Ima-	478.	274.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A Urbis circiter
		Imaginem eius radio describi iussit *Gronovius*, *Thes. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 59. vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. X. p. 424. Tom. I. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 86. *Hamberger. Part.* I. p. 126. 127.		
3547.	LXXX: 3.	ESDRAS, Saraiae Nepos, Hagiographus eruditissimus, legum & rituum Ebraeorum interpres. v. *Petr. Dan. Huetii Demonstr. Euangelic. Propos.* IV. p. m. 346. & 355. — 357. it. p. 389. *Simson. Chron.* ad A. M. 3547. cum *Wessel.* animadvers. *Fabric. Codex Pseudep.* T. I. n. CCXXIX. p. 1145. — n. CCXXXVI. p. 1162. it. Tom. II. a. p. 170. — 308. *Hamberg. Part.* I. p. 145. — 146.	456.	296.
3550.	LXXXI: 2.	CRATINUS, veteris Comoediae Poëta. arg. *Hieron.* in *Chron. Eusebiano.* p. 131. *Voss. de Poët. Gr.* c. V. p. 30 *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXII. p. 717. Tom. I. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 101. E 2 *Ham-*	453.	299.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N circiter	A. Urbis circiter
		Hamberger. Part. I. p. 220.		
. . . .	. . . . .	PLATO, Fabularum Comicarum Scriptor. arg. eiusd, *Hier*. l. l.	. . .	. . .
		Voss. de Poët. Gr. ib. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXII. p. 745. Tom. I. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 102. *Hamberg*. Part. I. p. 222.		
3554.	LXXXII: 2.	BACCHYLIDES, Ceus, Poëta Lyricus.	449.	303.
		v. *Voss. de Poët. Gr.* c. V. p. 31. *Hamberger*. Part. I. p. 156.		
. . . .	. . . . .	PRAXILLA, Poëtria Sicyonia.	. . .	. . .
		Voss. de Poët. Graec. c. V. p. 31. *Hamberger*. P. I. p. 20. f.		
3555.	LXXXII: 3.	LEX XII. TABULARUM. *Simson Chron.* ad h. a. *Fabr. Bibl. Lat.* L. IV. c. 9. p. 805. feqq. Tom. I. et p. 788. feqq. Tom. III.	448.	304.
3557.	LXXXIII: 1.	DEMOCRITUS, Abderites, Philofophus. Olymp. LXXVII: 3.--CIV: 4.	446.	306.
		Eius imagines, fi modo verae funt,		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		funt, extant apud *Gronov. Thefaur. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 57. *Diogen. Laërt.* IX. Sect. 34. — 49. *Voff. de Philofophorum Sectis*, c. VII. §. 8.-- 12. p. 47.-- 50. *Ionfius*, L. I. c. IV. §. 1. 2. p. 26. — 28. *Simfon. Chron.* ad A. M. 3535. & 3601. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXIII. p. 762. feqq. Vol. I. & p. 333. Vol. IV. *Catalog Bunav.* T. I. Vol. I. p. 85. & Vol. II. p. 1198, 1199. *Hamberger. Part.* I. p. 190. — 193. *Montucla, Hiftor. Mathef.* T. I. Part. I. L. III. p. 141. — 143.		
3559.	LXXXIII:3.	HERODOTUS, Halicarnaffeus, Hiftoriae parens. Olymp. LXXIV: 1. — LXXXVII: 1. circiter.	444.	308.
		Eius iconem fecundum *Urfinum* repetendam vna cum aliis fimilibus curavit *Gronov. Thef. Antiq. Graec.* Vol. II. tab. 71. *Voff. de Hiftor. Graec.* c. III. p. 13 — 16. *Simfonus in Chron.* ad A. M. 3521. 3563. *Pope-Blount*, p. 15.—18.		

Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XX. Tom. I. p. 661.
Catal. Bunav. T. I. Vol. I. p. 95 — 98.
Hamberger. Part. I. p. 136. — 142. Ne quid dicam nunc de *Iob. Buberii* disputationibus in Herodotum, Divione 1746. 4. gallo-francice promulgatis, aut H. (h. e. *Frid. Lud. Abreſchii*) *Spicilegiis in Herodotum, Thucydidem & Xenophontem, in Miſc. Obſerv.* Vol. III. Tom. I. p. 141 — 146. aut denique de *Io. Iac. Reiskii*, seu *ad Herodotum Coniecturis*, in *Miſcellaneorum Lipſ. Nov.* Volumine VII. & VIII. editis, seu *Animadverſionibus*, quae in *Animadverſionum* eius *ad Graecos Auctores Volumine tertio*, Lipsiae 1761. 8. p. 79.-182. leguntur, id solum praeterire non possum, Cl. *Petrum Wesſelingium*, vti paulo ante *Diſſertatione Herodotea* Trai. Rh. in lucem emiſſa 1758. 8. maiori prolusserat operi, sic postea hominum graece intelligentium votis ipsa *Herodoti* ἐκδόσει cumulate satis fecisse. Amstel. 1763. fol. cuius etiam Praefatio, quoad Herodoti aetatem, dignissima erit lectu.

NE.

A. O. C circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
3560.	LXXXIII:4.	NEHEMIAS, civitatis Ebraeorum instaurator, et libri eius nominis auctor. v. *Petr. Dan. Huetius in Demonstr. Euangel.* Propos. IV. p. m. 357.—360. *Simson. Chron.* ad eum A. M. *Fabric. Cod. Pseudep.* T. I. n. CCXXXVII. p. 1163. f. & alii ab *Hambergero*, *Part.* I. p. 146. laudati.	443.	309.
3561.	LXXXIV:1.	EMPEDOCLES, Agrigentinus, Poëta, et Philosophus. Eius iconem secundum *Parutam* dedit *Iac. Gronovius*, *Thes. Antiq. Graec.* Vol. III. tab. bbbbb. Ceterum vid. *Diogen. Laërt.* VIII. Sect. 51.—77. *Voss. de Poëtis Gr.* c. VI. p. 33. & IV. de *Histor. Gr.* c. II. p. 351. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XII. Tom. I. p. 465. seqq. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 88. & Vol. II. p. 1217. *Hamberg.* Part. I. p. 134.—136. *Montucla Histor. Mathes.* T. I. P. I. L. III. p. 137.	442.	310.
3563.	LXXXIV:3.	EURIPIDES, Atheniensis, Poë-	440.	312.

Poëta tragicus. Nat Olymp. LXXV: 1. —XCIII: 3.

Imaginem eius e marmore *Casparis de Haro* desumtam cum tribus aliis exhibet *Gronov. Thes. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 63.
Voss. de Poët. Graec. c. V. p. 28. c. VI. p. 35. 36.
Simson. Chron. ad A. M. 3563. 3589. & 3600. cum adnot. *Wesseling.*
Pope - Blount. p. 12. — 14.
Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XVIII. Tom. I. p. 610.
Catalog. Bun. T. I. Vol. I. p. 88. — 91. & Vol. II. p. 1229. s. it.
Hamberger. Part. I. p. 167. — 175.
Nostra memoria, vel in vniversum Euripidi profuerunt *Miscellaneae Observationes*, hic in Batavis evulgatae, Vol. I. T. II. p. 150 — 153. Vol. II. Tom. I. p. 92. — 98. Tom. III. p. 321. & auctore, nescio quo, G. D. A. Vol. VI. Tom. III. p. 583. — 597. tum *Iob. Piersoni Verisimilium Libri duo*, L. B. 1752. 8. *Io. Iac. Reiskii Animadversiones in Euripidam et Aristophanem.* Lipsiae 1750. 8. et *S Mus gravii* cultissimae eruditionis Medici,

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Medici, *Exercitationum in Euripidem libri duo*, *Lugd. Bat.* 1762. 8. vel singulis eius fabulis, tamqvam, *Supplicibus Mulieribus*, *Jerem. Marklandi*, Critici perquam humani, Lond. 1763. 4. item *Phoenissis*, Franequerae, 1755. 4. 4. et *Hippolyto*, reliquiis que Dramatum perditorum, *Lugd. Bat.* 1768. 4. Viri de literis Graecis insigniter meriti, *Lud. Casp. Valckenaerii* opera valde salutaris fuit.		
3567.	LXXXV: 3.	SOPHOCLES, Atheniensis, Aeschyli discipulus, Poëta Tragicus. Olymp. LXX. 3. — XCIII: 3.	436.	316.
		Hoc autem anno dux Atheniensium lectus est cum Pericle. v. Auctor incertus vitae Sophocleae. Citius tamen notari potuisset, quandoquidem Olympiad. LXXVII: 2. primum fabulam edidit, annos XXV. natus, teste *Hieron.* in *Chronico Eusebiano* p. m. 131.		
		Icon eius e marmore *Fulv. Ursini* desumta extat ap. *Gronovium*, *Thes. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 62.		
		vid. *Voss. de Poëtis Gr.* c. IV. p. 26. & 29. c. VI. p. 40.		
		Simson. Chron. ad A. M. 3410. 3567. & 3606. cum *Wesse-*		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		lingii adnotatione. *Pope - Blount*. p. 14. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XVII. Tom. I. p 591. feqq. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 86. 87. inprimis Vol. II. p. 1617. *Hamberger*. Part. I. p. 159. — 166. Addantur omnino virorum praeftantisfimorum cum *Io. Iac. Reiskii*, *Animadverfiones ad Sopboclem*, Lipfiae 1753. 8. tum *Gotlob Benedicti Schirach*, Profesforis Helmftadienfis, disputatio *fuper Oedipo Sophoclis: adiectis nonnullis de veterum Tragoediis Obfervationibus*, in *Novis Act. Lipfienf.* 1770. *Jun.* p. 257. — 278.		
....	.....	MALACHIAS, duodecimus minorum Prophetarum, an hic collocari debet ? *Petr. Dan. Huetii Demonftr. Euangelic. Propof.* IV. p. 522. — 525. *Hamberger*. Part. I. p. 142.	...	...
3568.	LXXXV: 4.	EUPOLIS, veteris Comoediae Poëta, *Cratini* imitator. *Voff. de Poët. Graec.* c. VI. p. 35. 37. *Simfonus in Chron.* ad A. M. 3575. & 3590. *Fa-*	435.	317.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C. N. circiter	A. Urbis circiter.
		Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XXII. Tom. I. p. 725. *Catalog. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 104. *Hamberger.* Part. I. p. 221.		
3569.	LXXXVI: 1.	PHRYNICHUS, priſcae Comoediae auctor. *Voſſ. de Poët. Graec.* c. VI. p. 35. *Simſon. Chron.* ad hunc A. Orbis. *Fabric. B. G.* L. II. c. XXVII. Tom. I. p. 704. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 87. *Hamberger.* Part. I. p. 157.	434.	318.
....	.....	PARMENIDES, Poëta Phyſicus. *Voſſ. de Poët. Graec.* c. VI. p. 35. *Hamberger. Part.* I. p. 136.	...	...
....	.....	Intra horum annorum fines floruiſſe videtur ANTIPHON, *Sophili* F. Rhamnuſius, orator Atticus, diverſus ab *Antiphonte*, ſive Comico, ſive Tragico Poëta, quamquam ambo miſcuit *Voſſ. de Poëtis Graec.* c. VI. p. 42. Nat. Olymp. LXXV: 1. vel 2. vid. *Fabr. Bibl. Gr.* L. II. c. XXVI. p. 833. *Tom.* I. *Ca-*	...	...

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A.ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Catal. Bunav. T. I. Vol. I. p. 99. *Hamberger. Part.* I. p. 181. f. et Doctiss. *Petr. van Spaan* in Differt. de *Antiphonte*, *Oratore Attico* L. B. 1765. 4.		
3573.	LXXXVII: 1.	PHILONIDES, Atheniensis, prius fullo, dein veteris Comoediae Poëta. *Voss. de Poët. Gr.* c. VI. p. 37. *Hamberger. Part.* I. p. 148. & 243. vbi eumdem, quasi diversis temporibus clarum, bis posuit.	430.	322.
3575.	LXXXVII: 3.	HIPPOCRATES, cous, Medicorum princeps, nat. Olymp. LXXX: 1. Θ. Ol. CVI: 1. circiter. Hippocratis imago cernitur in numo *Fulvii Vrsini* ap. *Gronov. Thes. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 58. *Voss. de Philosophia*, c. XI. §. 19. 20. p. 85. *Simson Chron.* ad A. M. 3545. 3575. & 3601. *Pope-Blount*, p. 10. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXIV. Tom. I. p. 795. & Tom. XIII. p. 191.—247. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 91.—95. inprimis Vol. II. p. 1320. f.	428.	324.

Ham-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Hamberger. Part. I. p. 193. — 200. De *Animabus Heracliti & Hippocratis ex huius* L. I. *de Diaeta* disputavit *Ioh. Matthi. Gesnerus*, Tom. I. *Commentar. Societ. Reg. Scient. Gottingens.* p. 67. seqq. addatur Eiusdem *Corollarium Animarum Hippocratis de illarum repraesentatione sub imagine Papilionis*, ibid. p. 145. seqq. Neque silentio praeterire fas est doctiss. *Christian. Godofred. Gruneri Censuram librorum Hippocrateorum, qua veri a falsis, integri a suppositis segregantur.* Vratislaviae. 1772. 8.		
. . . .	. . . . .	POLYBUS, gener, & discipulus Hippocratis. *Voss. de Philosophia* c. XI. §. 23. p. 86. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXIV. Tom. I. p. 816. *Hamberger. Part.* I. p. 200.	. . .	. . .
3581.	LXXXIX: 1.	SOCRATES, Philosophiae Ethicae parens. nat. Ol. LXXVII. 3. Θ. XCV. 1. Variae eius imagines passim extant, quarum omnium antiquitatem non praestiterim. vid. *Iohann. Chifletii Socrates s. de Gemmis eius imagi-*	422.	330.

ne caelatis Iudicium. it. Gronov. Thes. Ant. Graec. Vol. II. tab. 66. & *Philipp. Stosch*, in *Gemmis Antiquis caelatis*, ad Tab. IV.
Inspiciatur *Diogen. Laërt.* L. II. Sect. 18. — 47.
Simson. Chron. ad A. M. 3536. & 3605.
Fabric. Bibl. Graec. L. II. c. XXIII. Tom. I. p. 782.
Iac. Brukeri Historia Critica Philosophiae, P. II. L. II. c. 2. §. 3. — 14. a p. 527. — 561.
Catalog. Bunav. T. I. Vol. I. p. 101. maxime vero Vol. II. p. 1613. — 1615. vbi magno numero & accusatores vituperatoresque, & defensores Socratis occurrunt. add. *Theophili Adami* Exercitatio Academica, *de Statua Socratis*, *Atheniensium poenitentiae monumento publico*, Lipsiae 1745. 4.
Hamberger. Part. I. p. 177. — 181.
Qualem, nostra memoria, praesertim in Batauis, iudiciorum aleam subierit Socrates, inter fauentium et obtrectantium studia nihil attinet hoc loco docere.

. . . .	. . . . .	ARISTOPHANES, per eminentiam Comicus, quippe veteris, mediae, & novae Comoediae auctor. Eo	. . .	. . .

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Eo anno Νεφέλας edidit, Socratemque contumeliis foede profcidit, quamquam iam Olymp. LXXXV: 4. inclaruiſſe dicitur *Hieronymo* in *Chron. Euſebiano*. p. 132. Imago eius e marmore Magni Ducis Etruriae ap. *Gronov. Theſ. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 68. occurrit, & ſub forma perſonae, edera coronatae, cuius ori apis irrepere videtur, in *Io. Winckelmanni Monumentis antiquis ineditis*. Tab. CXCI. *Voſſ. de Poët. Gr.* c. VI. p. 34. 37. 38. *Simſon. Chron.* A. M. 3581. & 3605. *Ionſius* L. I. c. V. §. 4. p. 33. — 35. *Pope-Blount.* p. 21. — 23. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXI. p. 669. ſeqq. T. I. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 104. & Vol. II. p. 1035. ſ. *Hamberger.* Part. I. p. 223. — 230. Novisſime omnes, quae ſuperſunt, fabulae graece & latine cum *Stephani Bergleri* ad ſingulas, & *Carol. Andr. Duckeri* ad qvatuor priores animadverſionibus prodierunt *Lugd Bat.* 1760. 4. duobus codicibus. Neque praetermitti debent *ad Scholiaſtem Ariſtophanis Obſerva-*		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C N. circiter	A. Urbis circiter
		vationes incerti auctoris, literæ E. notati, in *Miscell. Observ.* Vol. III. T. I. p. 104. — 109. & *Gratiani de S. Bavone* (h. e. *Job. Alberti*) *Scholiorum in Lysistratam Aristophanis cum Barrocciano Codice Collatio*, ibidem, Vol. VII. T. I. p. 125. — 132.		
		Quo in libro etiam *Aristophani* prodesse studuerit Cl. *Io. Iac. Reiskius*, supra in *Euripide* indicatum est.		
....	.....	TELECLIDES, Atheniensis, Comicus poëta.	...	...
		vid. *Voss. de Poët. Gr.* c. VI. p. 34.		
		Hamberger. Part. I. p. 244.		
....	.....	ARISTIPPUS, Cyrenaeus, Philosophus Socraticus, Cyrenaicae philosophiae auctor, & Epicuri praecursor.	...	...
		Eius imago praesto est ap. *Gronov. Thes. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 84.		
		vid. *Diogen. Laërt.* L. II. Sect. 65. — 104.		
		Simson. Chron. ad A. M. 3640.		
		Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XXIII. p. 787. Tom. I.		
		Catal. Bunav. T. I. Vol. I. p. 116.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A Urbis circiter
		p. 116. inprimis Vol. II. p. 1035. *Hamberger*. Part. I. p. 219.		
. . . . .	. . . . .	ANTISTHENES, Atheniensis, Philosophus & Sophista, Sectae *Cynicae* Princeps, *Diogenis* magister.	. . .	. . .
		Eius imaginem offert *Gronov. Thes. Ant. Gr.* Vol. II. tab. 87. vid. *Diogenes Laërt.* L. VI. Sect. 1. — 19. *Ionsius*, L. I. c. VIII. §. 1. p. 45. *Fabr. Bibl. Graec.* L. II. c. XXIII. p. 786. Vol. I. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* T. I. P. II. c. VIII. *de Secta Cynica* §. II. — IV. p. 862. — 871. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom I. Vol. I. p. 116. & Vol. II. p. 1028. *Hamberger*. Part. I. p. 220.		
. . . .	. . . . .	CEBES, Thebanus, Socratis auditor, Philosophus.	. . .	. . .
		Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XXIII. p. 787. Vol. I. *Iac. Bruckeri Hist. Crit. Philos.* T. I. P. II. L. II. c. II. §. XXV. XXVI. p. 577. — 582. & in *Appendice*, s. Operis integri *Vol.* VI. p. 224.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C N. circiter	A. Urbis circiter
		Catal. Bibl. Bunav. T. I. Vol. I. p. 103. inprimis Vol. II. p. 1145.		
		Hamberger. Part. I. p. 218. f.		
. . . .	. . . . .	AESCHINES, Socratis auditor, Philosophus, non confundendus cum *Aefchine*, Oratore, *Demoftbenis* aemulo, infra ad Ol. CVIII: 3.	. . . .	. . . .
		vid. *Diogen. Laërt.* L. II. Sect. 60. — 64.		
		Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XXIII. p. 785. Vol. I.		
		Iac. Bruckeri Hiftor. Crit. Pbilofopb. Tom. I. P. II. L. II. c. II. §. XXI. & XXII. p. 574. — 576.		
		Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 101. et Vol. II. p. 1010. vbi tamen ambo *Aefcbines* in vnum conflati fuiffe videntur.		
		Hamberger. Part. I. p. 216. — 218.		
. . . .	. . . . .	Neque ab his circiter annis divelli posfit	. . . .	. . . .
		THVCYDIDES, Olori F. Athenienfis, (non mifcendus cum alio eiusdem temporis *Tbucydide*, Milefii F. & *Periclis* aemulo,) difcipulus *Antipbontis*, grauis rerum pronunciator. Nat. Olymp. LXXVII: 2.		

Imagines

Imagines eius aliquot depingi curauit *Gronov. Thesaur. Ant. Graec.* Vol. II. Tab. 72.
vid. *Voss. de Histor. Gr.* L. I. c. IV.
Simson. Chron. ad A. M. 3534. 3563. 3594.
Tho. Pope - Blount. p. 18. - 20.
Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XXV. p. 818. seq. Vol. I.
Catal. Bunav. T. I. Vol. I. p. 102. praesertim Vol. II. p. 1651. s.
Hamberger. Part. I. p. 184.
Memoratu dignae sunt incerti auctoris Britanni, sub litera Π. se occultantis, Observationes cum editore Anglo communicatae, in *Miscellan. Observ.* Vol. II. Tom. I. p. 60. — 62. et Tom. II. p. 157. — 163. item H. i. e. *Frid. Lud. Abreschii* in *Thucydidem* animadversiones in iisdem *Misc. Observ.* Vol. III. Tom. I. p 147. — 152. et Tom. II p 302. — 308. quibus haud exiguo deinceps literarum graecarum fructu Eiusdem *Dilucidationes Thucydideae* duabus partibus, altera Trai. Rh. 1753. altera ib. 1755. octonis, emissa successerunt. Neque in hoc Scriptore illustrando emendan-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		doue suam desiderari diligentiam passus est Cl. *Io. Iac. Reiskius*, in suarum *Animadversionum ad Graecos Auctores Volumine Tertio* Lipsiae, 1761. 8. p. 1. — 78. qui etiam *Orationes Thucydideas* de graecis theotiscas fecit, Lips. 1761. 8. vid. *Act. Lips. Nov.* 1761. Febr. p. 64. vbi haec interpretatio dubium, vituperetur, an laudetur.		
3585.	XC: 1.	AGATHON, Poëta Tragicus & comicus. vid. *Voss. de Poët. Gr.* c. VI. p. 39. & c. VII. p. 50. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIX. p. 633. Vol. I. *Hamberger.* P. I. p. 221. 222.	418.	334.
3593.	XCII: 1.	ANDOCIDES, Leogorae F. Atheniensis, Orator. Nat. Olymp. LXXVIII: 1. Θ. post Olymp. XCV. *Fabr. Bibl. Graec.* L. II. c. XXVI. p. 839. s. Vol I. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 99. *Hamberger.* Part. I. p. 182. — 184. & vir Celeb. *David. Ruhnkenius* in *Historia Critica Oratorum Graecorum* p. XLIX. seqq.	410.	342.
....	....	LYSIAS, Cephali F. Orator Athe-	...	...

Atheniensis, argum. *Plutarchi* in *X. Orator. vitis* p. 835. D.
Nat. Olymp. LXXX: 2. Θ. Olymp. C.

Imagines eius secundum *Vrsinum* repetiit *Gronov. Thes. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 69.
vid. *Simson. Chron.* ad A. M. 3546. 3561. 3593.
Ionf. de Script. Hist. Philos. L. I. c. VII. §. 2. p. 40. f.
Pope-Blount. p. 20.
Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. XXV. p. 818. Vol. I.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 102. it. Vol. II. p. 1410.
Hamberger. Part. I. p. 201. — 203.
Nec non Cel. *Ruhnkenius* in *Historia critica Oratorum Graecorum.* p. LX.
Notetur hic simul incerti auctoris, I. E. *Emendatio Ioh. Meursii in Oratione Lysiae* περὶ παγκλέωνος *reiecta & confutata* in *Miscell. Observ.* Vol. VII. Tom. III. p. 317. — 328. nec silentio praetereundae sunt *Io. Iac. Reiskii ad Lysiam Animadversiones* in *Animadversionum* eius *ad Graecos Auctores* Volumine II. Lip-

 siae

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A Urbis circiter
		fiae 1759. 8. p. 1. — 104.		
3595.	XCII: 3.	THEOPHILVS, Medicus Epidaurius, Poëta Comicus. *Voss. de Poët. Gr.* c. VI. p. 41. *Fabric. B. G.* L. II. c. XXII. p. 752. Vol. I. *Hamberger. Part.* I. p. 243.	408.	344.
....	.....	PHILISTION, Poëta Comicus. *Voss. de Poët. Graec.* c. VI. p. 40. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 742. Vol. I. *Hamberger. Part.* I. p. 570. qui eum secundum nonnullos longe feriori aevo Caesaris Octaviani alligavit.	....	...
....	.....	CHAEREMON, Poëta Tragicus. *Voss. de Poët. Gr.* c. VI. p. 41. *Fabr. B. G.* L. II. c. XIX. p. 641. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 293.	...	...
3597.	XCIII: 1.	ANTIPHANES, Rhodius, an Smyrnaeus? mediae Comoediae Poëta. *Voss. de Poët. Gr.* c. VI. p. 41. *Ionf.* de *Scr. Hist. Phil.* L. I. c. VI. §. 4. p. 36. feq. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXII. p. 707. Vol. I. *Ham-*	406.	346.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C·N. circiter	A. Urbis circiter.
		Hamberger. Part. I. p. 299. In cuius reliquiis docte illuſtrandis nuper verſata eſt diligentia praeclari iuuenis *Petr. Henr. Koppierſii*. v. Eius *Obſervata Philologica*, Lugd. Bat. 1771. 8. a p. 1.—59.		
3601.	XCIV: 1.	ISOCRATES, Theodori F. Athenienſis, eloquentiae magiſter, cuius *e ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt*, ſec. *Cic.* II. de *Orat.* 22. Nat. Olymp. LXXXVI: 1. Θ. CX: 3. Imaginem eius ſubminiſtrabit *Gronov. Theſ. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 81. vid. *Simſon. Chron.* ad A. M. 3569. 3623. 3607. *Pope-Blount*, p. 23. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXVI. p. 848. Vol. I. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 106. ſ. item Vol. II. p. 1356. *Hamberger.* Part. I. p. 230. — 233. & Clar. *David. Ruhnkenius* in *Hiſt. Crit. Orat. Gr.* p. LX. ſeq.	402.	350.
. . . .	. . . . .	ALCIDAMAS, Orator, *Iſocratis* aequalis. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXVI. p. 848. (Not. a.) Vol. I. Ca-	. . .	. . .

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter.
		Catal. Bibl. Bunav. T. I. Vol. I. p. 108. *Hamberger. Part.* I. p. 233. f.		
3604.	XCIV: 4.	XENOPHON, Grylli F. Athenienſis, dux belli, Philoſophus Socraticus, et praeclarae fidei Hiſtoricus. Nat. Olymp. LXXXII. ☉. CV: 1.	399.	353.
		vid. *Diogen. Laërt.* L. II. Sect. 48. — 59. *Voſſ. de Hiſtor. Graec.* L. I. c. V. *Ionſius* L. I. c. VII. §. 5. p. 42. — 44. *Simſon. Chron.* ad A. M. 3604. 3605. 3610. et 3645. *Tho. Pope-Blount.* p. 24. f. *Fabr. Bibl. Gr.* L. III. c. IV. p. 70. Vol. II. *Iac. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſ.* Tom. I. P. II. L. II. c. II. *de Schola Socratica*, §. XX. p. 571. — 574. *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 108. ſeq. it. *Vol.* II. p. 1708. *Hamberger.* Part. I. p. 204. — 216. H. (i. e. *Frid. Lud. Abreſchii*) quae antea in *Herodotum* & *Thucydidem Spicilegia* laudavi, eadem quoque in *Xenophontem* exhibent *Miſcellan. Obſer-*		

Obſervationes, Vol. III. Tom. III. p. 426. — 432. Editionem *Memorabilium Socratis Erneſtianam* repetiit, ſuisque Annotationibus locupletavit *Bolton Simpſon*, Oxonii 1749. 8. *Oeconomicum*, *Apologiam Socratis*, *Sympoſium*, *Hieronem*, *Ageſilaum* iunctim animadverſionibus illuſtravit ICtus elegantisſimus, mihique, cum viveret, amicisſimus, *Joh. Aug. Bachius*, Lipſiae, 1749. 8. Editionem vero operum *Welſianam* cum disſertationibus praeſertim *Hutchinſonianis*, & *Dodwellianis*, item virorum doctorum animadverſionibus & Indice Graeco, nec non praefatione Cl. *Io. Aug. Erneſti* repeti iusſit vir ornatisſ. *Carol. Aug. Thieme*, Lipſiae 1763. ſeq. 8. Neque laude ſua fraudari debent *Animadverſiones*; *quibus Xenophontis Memorabilium Socratis dictorum & factorum libri emendantur*, *& illuſtrantur*, auctore *Carolo Frider. Hindenburgio*, Lipſiae 1769. 8. quarum rationes deſcripſit Ill. *C. A. Klotzius* in *Act. Liter.* Vol. VI. Part. IV. p. 406. — 411.

Ceterum quomodo auctoritas

& fides *Cyripaedias Xenophonteae* defendi possit, docebunt *Anton. Banierius* in *Comment. Acad. Reg. Paris. Inscript.* Tom. IX. p. 1. — 41. ed. Amstelaed. *Thom. Hutchinsonus* in Dissertatione *de Xenophonte, eius scriptis, et Cyripaedia* editioni eius praemissa: *Petr. Wesselingius* ad *Simson. Chron.* A. M. 3447. (*) inprimis Cl. *Leon. Offerhausius* in *Spicilegiis Historico - Chronologicis* Groningae, 1739. 4. c. V. p. 228. seq. Scio, quibus denuo scrupulorum aculeis vsi sint passim viri docti, inprimis *Henr. Aug. Zeibichius* in *Animadversione priori in locum Xenophontis, L. I. de Cyrop. p. 22. ed. Leuncl. qua Cyaxares, suppositus Astyagis filius, de solio regali deturbatur*, (*Miscell. Lips. Nov.* Vol. VIII. Part. I. p. 50. — 80.) nec non in eiusdem, *Observatione de Cyaxare postrema, qua ille regali sua dignitate penitus privatur*, in iisdem *Miscell. Lips. Nov.* Vol. IX. Part. II. a p. 268. — 297. Sed tam acriter non pungunt, vt Cyaxarem illum II. in regnum & solium, si non mili-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A Urbis circiter
		militaribus, Grammaticis tamen armis, restitui posse desperem. Interim non negligendam esse putauerim * AA. (hoc est *Thom. Hutchinsoni*) *Chronologiam Cyri vitae & regni ex Xenophontis Cyropaedia depromtam* in *Miscellaneis Observation.* Vol. I. Tom. I. p. 61. — 67.		
. . . .	. . . . .	CTESIAS, Cnidius, Medicus, & Historicus.	. . .	. . .
		vid. *Voss. de Histor. Gr.* L. I. c. V. *Simson. Chron.* ad A. M. 3604. & 3607. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXV. p. 830. *Vol.* I. & L. VI. c. IX. p. 133. *Vol.* XIII. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 105. *Hamberger.* Part. I. p. 244. — 246. *Ctesiae* famam de Assyriorum Babyloniorumque regibus antiquissimis omnium optime vanitatis convicerunt *Christo. Cellarius* in pereleganti dissertatione *de principio regnorum & historiarum* p. 54. seq. *Dissertat.* eius *Academicarum*, et Cl. *Leon. Offerhausius* in quantivis pretii *Spicilegiis Historico-Chronologicis.* L. II. c. I.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		§. 2. — 15. p. 88. — 102.		
. . . .	. . . . .	Circa haec tempora in Magna Graecia clari fuisse videntur	. . .	. . .
		TIMAEVS, Locrus, Philosophus Pythagoreus, quem *Plato* audiisse dicitur, apud *Cic.* V. *Fin. Bon.* & *Mal.* 29.		
		vid. *Ionf.* de *Scr. Hist. Phil.* L. I. c. VI. §. 2. p. 36. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIII. p. 506. Vol. I. & L. III. c. I. p. 21. f. Vol. II. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. I. P. II. L. II. c. X. *de Secta Italica.* Sect. II. *de discipulis Pythagorae*, §. XI. p. 1127. f. *Hamberger.* Part. I. p. 246. f. *Montucla* in *Histor. Matheseos*, Tom. I. Part. I. L. III. p. 138. *Timée de Locrus en Grec, et en François avec des dissertations, par Mr. le Marqvis d Argens*, à Berlin 1763. 8. de quo libro v. *Act. Lipsiensia Nova* 1763. *August.* p. 373. et *Acta Literaria* Cel. *Klotzii*, Vol. II. Part. I. p. 39. inprimis p. 57. seq. item:		

ARCHY-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
. . . .	. . . . : .	ARCHYTAS, Tarentinus, Philosophus Pythagoreus, et Mechanicus. Imaginem eius ex numo aereo *Fulvii Vrsini* depingi iussit *Iac. Gronovius Thes. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 49. Legantur *Diogen. Laërt.* L. VIII. Sect. 79.—91. *Gell.* X. N. A. XII. *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. XLVIII. §. 1. p. 286. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIII. p. 482. Vol. I. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom. I. P. II. L. II. c. X. Sect. II. §. XII. p. 1128.—1131. *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1033. *Hamberger.* Part. I. p. 247. & *Montucla* in *Histor. Matheseos* Tom. I. Part. I. L. III. p. 137. f.	. . .	. . .
3605.	XCV: 1.	PLATO; Atheniensis, Academiae Parens, non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus Auctor. Nat. Olymp. LXXXVII: 4. — Θ. Olymp. CVIII; 1. Aliquot eius imagines conspiciendas praebuit *Gronov. Thesaur. Ant. Graec.* Vol. II. tab. 83.	398.	354.

vid. *Diogen. Laërt.* L. III. Sect. 1. — 109.
Voss. de *Philosophor. Sectis* c. XII. §. 1. — 19. p. 64. — 72.
Simson. Chron. ad A. M. 3576. 3605. 3619. 3637. 3645. 3657.
Pope-Blount. p. 26. — 29.
Fabric. Bibl. Gr. L. III. c. I. p. 1. seq. Vol. II.
Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos. Tom. I. P. II. L. II. c. VI. de *Secta Academica* Sect. I. *de Platone, eiusque Philosophia*, §. I. -- XXXII. p. 627. — 728. & in *Appendice* s. *Volumine* VI. p. 227. — 234.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 112. seq. inprimis Vol. II. p. 1517. — 1520.
Hamberger. Part. I. p. 234. — 242.
Legi merentur cum *Antonii Mariae Salvinii* in *Platonem adnotata* insertis D. C. (h. e. *Caroli Andreae Dukeri*) castigationibus in *Miscell. Observat.* Vol. II. Tom. II. p. 271. — 283. eiusdemque Clar. *Dukeri Varietas Lectionis e Codice Corronii in Platonis Timaeo*, (*Miscell. Observ.* Vol. II. Tom. III. p. 410. — 418.) tum binae Emin. Cardin. *Angeli*

Angeli Mariae Quirini Epistolae ad *Bernard. Montefalconem*, et *Praesidem Generalem Congregationis Benedictinorum S. Mauri*, de Codicibus Mscptis Platonicis Bibliothecae Vaticanae, & de locorum, quorumdam difficilium sententia in eius *Epistolis*, studio *Nic. Coleti* digestis, Venet. 1756. fol. Epistol. VII. & VIII. p. 17. — 34.

De *Platonis* Epistola XIII. quam nonnulli spuriam esse censuerunt, ita iudicavit Cel. *Petr. Wesselingius* in Epistola ad Summe Venerabilem *H. Venemam*, *Trai.* 1748. 8. edita, a p. 36.—45. vt primum in duas partes secaret, dein ostenderet ambas, sic divulsas, sigillatimque positas, videri posse genuinas.

Platonis Dialogos V. ἐρασάς, s. *Amatores*, *Euthyphronem*, *Apologiam Socratis*, *Critonem*, et *Phaedonem* recensuit, adnotationibusque illustravit *Nath. Forsterus*, Oxonii 1745. 8. quos, exceptis *Amatoribus*, graece cum varietate lectionis & animadversionibus itidem vulgavit Cl. *Ioh. Frid. Fischerus*, Lipsiae 1770. 8.

Quas

Quas vero in *Platonis Phaedonem* & *Alcibiadem Secundum* obſervationes in *Novis Actis Lipſienſibus* 1769. *Febr.* p. 53. ſeq. *April.* p. 187. ſeq. & *Maio* p. 218, antea promulgaverat doctiſſ. *Io. Chriſto. Gottleber*, ſcholae Annaemontanae in Miſenis Rector dignisſimus, eas vno ſingularis libri faſciculo colligavit, adiunxitque *Excurſus in Quaeſtiones Socraticas de animi immortalitate cum ſumma Phaedonis*, Lipſiae 1771. 8. quas diſputationes in compendium miſit ill. *C. A. Klotzius*, in Act. Liter. Vol. VI. Part. III. n. VIII. p. 345. ſeq.

In vniuerſum magnam ad intelligentiam ſubtilitatis et elegantiae Platonicae vim habebit *Iacob. Geddeſii* liber: *An Eſſay on the Compoſition and Manner of Writing of the Antients*, h. e. *Periculum Criticum de arte commentandi & ſcribendi antiquorum, praeſertim Platonis*, Glaſgoae, 1748. 8. de quo vid. *Relationes Gottingenſes de libris Novis*. Vol. II. *Faſc.* III. p. 1. ſeq. & *Nov. Act. Lipſ.* Septembr. 1755. Part. II.

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		II. p. 552. cumque iure dignisſimum eſſe iudicavit vir Celeb. *C. A. Klotzius*, in *Act. Liter.* Vol. VI. Part. III. p. 356. qui civitate latina donaretur.		
3607.	XCV: 3.	PHILOXENVS, Cytherius, Poëta Διθυραμβοποιός. *Ariſtophanes* enim in *Pluto*, quam fabulam docuisſe videtur Ol. XCVII: 4. ſecundum Didaſcaliam veterem *Philoxeni* Κύκλωπα perſtrinxit. vid. *Simſon. Chron.* ad A. M. 3619. cum *P. Weſſelingii* animadverſione. *Voſſ.* de *Poët. Graec.* c. VII. p. 47. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XIX. p. 653. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 258.	396.	356.
....	.....	Huius circiter aetatis fuiſſe videtur ISAEVS, *Lyſiae*, & *Iſocratis* diſcipulus, magiſter *Demoſthenis.* *Pope-Blount* p. 25. ſ. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXVI. p. 858. Vol. I. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 116. *Hamberger.* Part. I. p. 249. ſ. it. Cel. *Rubnkenius* in *Hiſtor. Critica Oratorum Graeco-*	...	...

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		rum. p. LXIV. f.		
3616.	XCVII. 4.	NICOPHON, al. NICOPHRON, veteris Comoediae Poëta.	387.	365.
		Voſſ. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 47. f. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. XXII. p. 738. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 244.		
....	.....	NICOCHARES, Philonidae Fil. Athenienſis, Comicus.	...	...
		Voſſ. de *Poët. Graec.* c. VI. p. 37. & c. VII. p. 48. *Fabric. Bibl. Graec.* ibid. p. 737. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 243.		
3630.	CI: 2.	ANAXANDRIDES, ſeu Rhodius, ſeu Colophonius, Poëta Comicus.	373.	379.
		Voſſ. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 49. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 705. f. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 258.		
....	.....	PHILETAERUS, Athenienſis, Comicus, mediae Comoediae.	...	...
		Voſſ. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 50. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 741. *Vol.* I. *Ham-*		

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Hamberger. Part. I. p. 254.		
. . . .	. . . . .	EVBVLVS, Athenienſis, itidem Comicus antiquae et mediae Comoediae.	. . .	. . .
		Voſſ. l. l. p. 50. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 723. ſ. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 257.		
3633.	CII: 1.	THEOPOMPVS, Athenienſis, Poëta Comicus veteris Comoediae, diverſus a *Theopompo*, Oratore, et Hiſtorico, ad Olym. CV: 3.	370.	382.
		Voſſ. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 50, 51. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 752. ſeq. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 248.		
. . . .	. . . . .	ASTYDAMAS, minor, *Aſtydamantis* Fil. Poëta tragicus.	. . .	. . .
		Voſſ. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 50. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XIX. p. 639. ſ. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 249.		
. . . .	. . . . .	NICOSTRATVS, Poëta Comicus.	. . .	. . .
		Voſſ. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 51.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
. .	.	*Fabric. Bibl. Graec.* L. II c. XXII. p. 738. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 255.		. .
3637.	CIII: 1.	EPICRATES, Ambraciota, mediae Comoediae Poëta.	366.	386.
		Voss. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 52. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 722. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 254.		
. . . .	. . . . .	PHILIPPVS, itidem mediae Comoediae Poëta.	. . .	. . .
		Voss. de *Poët. Graec.* l. l. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 742. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 254.		
. . . .	. . . . .	EPHIPPVS, Atheniensis, itidem mediae Comoediae Poëta.	. . .	. . .
		Voss. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 52. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XIX. p. 664. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 255.		
. . . .	. . . . .	THEODECTES, Poëta tragicus.	. . .	. . .
		Voss. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 51. 52. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XIX. p. 658. Vol. I. *Ham-*		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Hamberger. Part. I. p. 256.		
. . . .	. . . . .	ANAXILAS, al. ANAXILAVS, Poëta Comicus.	. . .	. . .
		Voff. de *Poët. Graec.* c. VII. p. 49.		
		Fabric. Bibl. Graec. L. II. c. XXII. p. 706. Vol. I.		
		Hamberger. Part. I. p. 293.		
. . . .	. . . . .	EVDOXVS, Cnidius, Geometra et Aſtrologus.	. . . .	. . .
		Aetatem hanc approbat *Menagius* ad *Diogen. Laërt.* VIII. Sect. 99. p. 392.		
		Ceterum legantur:		
		Ger. Ioh. Voff. de *Scientiis Mathematic.* c. XXXIII. §. 13. p. 152. de *Hiſtoric. Graec.* L. I. c. VI. p. 26. et de *Poët. Graec.* c. VII. p. 49.		
		Simſon. Chron. ad A. M. 3637.		
		Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. V. p. 85. Vol. II.		
		Iac. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſoph. Tom. I. P. II. L. II. c. X. *de Secta Italica*, Sect. II. *de diſcipulis Pythagorae*, §. XVII. p. 1140. — 1142.		
		Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1228.		
		Montuclae Hiſtor. Matheſeos, Tom. I. Part. I. L. III.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		§ XIX. p. 200.		
3641.	CIV: 1.	DEMOSTHENES, Paeaniensis Atticus, clarissimi nominis Orator, et Demagogus. Nat. Olymp. XCIX: 4. secundum alios CI: 2. = Θ. Olymp. CXV: 2. Is annus, in margine notatus, est primi eius in oratoria facultate periculi, orationis quippe in *Apbobum* habitae, argum. *Dionysii Halicarnasfei* in Epistola *ad Ammaeum* p. m. 120. fin. Effigiem summi huius eloquentiae auctoris ex marmore Tarraconensi petitam exhibet *Gronov. Antiqv. Graec.* Vol. II. tab. 93. vid. *Simson. Chronic.* ad A. M. 3624. 3641. 3656. 3659. 3667. 3669. 3670. 3675. 3680. 3682. 3686. *Pope-Blount*, p. 29. — 31. *Fabr. Bibl. Graec.* L. II. c. XXVI. p. 864. Vol. I. *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 116. seq. it. Vol. II. p. 1199. *Hamberger.* Part. I. p. 287. — 293. Inprimis quae nuper de editionibus *Demosthenis* accurate disseruit Cl. *Io. Iac. Reis-*	362.	390.

Reiskius in Praefatione ad *Oratorum Graecorum*, *quorum princeps est Demosthenes*, *quae supersunt Monumenta ingenii e bonis libris emendata*, *materia Critica*, *Commentariis integris Hier. Wolfii*, *Io. Taylori*, *Jerem. Marcklandi*, *aliorum*, et ipsius, *indicibus denique instructa*, Lipsiae 1770. 8. de cuius editionis Voluminibus III. sententiam dixit Cel. *C. A. Klotzius* in *Actis Literariis* Vol VI. P. IV. n. VIII. p. 446. seq.

Decretum Byzantiorum in Oratione περὶ στεφάνου incertus auctor Britannus (TT. RR.) illustravit, cuius adnotationes inserta (B.) h. e. *Iac. Philipp. D'Orvilii*, censura leguntur in *Miscellan. Observat.* Vol. II. Tom. III. p. 354. — 357.

Demosthenis Selectas Orationes ad Codices MSS. recensuit, *Textum*, *Scholiasten*, *& Versionem plurimis in locis castigavit*, *notis insuper illustravit Ricardus Mounteney*, *Colleg. Reg. apud Cantabr. Socius*. *Praefiguntur Observationes in Commentarios vulgo Vlpianeos*. *Editio Secunda*, Londini 1747. 8.

Orationem *contra Leptinem* Gallo-

Gallo-Francice vertit, & animadversionibus doctissimis illustravit *Ged. le Cointe*, Gottingae & Leidae, 1756. 8. laudatus propterea, in *Novis Actis Eruditorum* 1758. Mens. Iunio, Part. I. p. 308. seq.

Orationem vero de *Corona e recensione Io. Taylori, Angli, cum eiusdem & Wolfii, Marklandi, Palmerii, J. J. Reiskii, suisque animadversionibus edidit* Cl. & eruditissimus vir, *Christoph. Harlesius*, Altenburgi, 1769. 8. vid. *Klotzii Acta Literaria* Vol. V. Part. III. p. 326.

Quanti hodie Francica nonnullarum Demosthenis Orationum Metaphrasis a *Jacobo Turellio*, (*Jacques de Tourreil*) confecta, omniumque optime edita in eius Operibus Parisiis 1721. 4. duobus Codicibus evulgatis, a Gallo-Francis fiat, nemo ignorat. Vel sic tamen *Car. Rollinus* in *Methodo docendi discendique bonas literas*, Tom. II. p. m. 289. ed. Amstel. 1745. nonnullas venusti alioquin corporis maculas annimadvertit, interpretationemque simul *Franc. Malacrucii*, (vulgo *de Maucroix*) commendavit. AE-

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
3642.	CIV: 2.	AENEAS, *TACTICVS*, forte Stymphalius, Arcadum Imperator, qui circa tempus pugnae ad Mantineam illius gentis res administravit, e conjectura *Isaac. Casauboni*, in Praef. ad *Aeneam*, p. 1637. Tom. III. editionis *Polybii Gronovianae*. vid. simul *Voss.* de *Scient. Mathematic.* c. XLVIII. §. 3. p. 287. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XXX. p. 764. Vol. II. *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 145. Add. *Commentaires sur la defense des places d'Aeneas le Tacticien le plus ancien des Auteurs militaires avec quelques notes. Le tableau militaire des Grecs du même tems; Les Ecoles Militaires de l'Antiquité, et quelques autres pieces par Mr. le Comte* de Beausobre, Paris 1757. 4. 2. Vol.	361.	391.
3647.	CV: 3.	THEOPOMPVS, Chius, Isocratis discipulus, Orator, et Historicus illustris. *Voss.* I. de *Histor. Graec.* c. VII. p. 27. — 31. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XXXVIII.	356.	396.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		XXXVIII. p. 434. Vol. IX.		
		Theopompi fragmenta a Cl. *Franc. Oudendorpio*, collecta olim & illustrata expectamus a doctisſ. *H. Verbeykio*, v. eius Praefationem ad Lexicon Batavo-Latinum, *Hannotio-Hoogstratenicum*, Amstel. & Lugd. Bat., 1771. 4. p. II.		
3659.	CVIII: 3.	AESCHINES, Atheniensis, non miscendus, vt supra monui, cum *Aeschine*, Philosopho Socratico, ad Olymp. LXXXIX: 1. (p. 50.) discipulus *Isocratis*, Orator, & aemulus *Demosthenis*.	344.	408.
		Hic annus legationis eius ad *Philippum*, Macedonem, & celebritatis index est.		
		Icon eius e marmore Magni ducis Etruriae ducta petatur a *Gronovio*, in *Thesauro Ant. Graec.* Vol. II. tab. 94.		
		vid. *Simson. Chron.* ad A. M. 3659. 3667. 3675.		
		Pope-Blount Censur. p. 31. f.		
		Fabr. Bibl. Graec. L. II. c. XXVI. p. 872. Vol. I.		
		Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 118. item Vol. II. p. 1010.		

Ham-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Hamberger, Part. I. p. 294. — 296.		
		Vti duo praestantissimos olim facultatis oratoriae aemulos *Demosthenem*, *Aeschinemque* vno fasciculo copularunt *H. Wolfius*, & *Job. Taylorus*, sic tertium qvoque *Volumen Oratorum Graecorum* suorum, cum duo priora *Demosthenem* continerent, *Aeschine* absolvi iussit Cl. *Jo. Iac. Reiskius*, Lipsiae 1771. 8.		
		Tribuuntur ei quoque vulgo Epistolae XII. quas etsi genuinas & legitimae antiquitatis esse dubitaverit *Io. Taylorus*, in ipsis ad *Aeschinis Epistolas notis* a p. 749. — 761. tamen eas *Demosthenis* & *Aeschinis*, Orationibus, Tom. III. a p. 725. seq. adiunxit, easdemque, *vt circumferuntur*, *cum virorum doctorum*, *tum suis animadversionibus*, *item varietate lectionis Codicum* dotatas repetiit nuper doctiss. *Job. Samuel Sammet*, Lips. 1772. 8.		
....	....	LYCVRGVS, Atheniensis, *Isocratis* & *Platonis* discipulus, orator.	...	...
		Fabric. Bibl. Graec. L. II. c. XXVI. p. 861. Vol. I.		

K 2 it.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		it. L. V. c. XXXVIII. p. 501. Vol. IX. *Cat B. Bun.* T. I. Vol. I. p. 119. *Hamberger*. Part. I. p. 252. — 254.		
3662.	CIX: 2.	ARISTOTELES, Stagirites, Peripateticorum Princeps, Hiſtoricus, Rhetor, et Poëtices magiſter optimus. Nat. Olymp. XCIX: 1. = Θ. Olymp. CXIV: 3. Illo anno in palatium *Philippi*, Macedonum Regis, venit, ingenioque Alexandri praeeſſe coepit. Eius imagines ſecundum alios exhibet *Gronov. Theſ. Ant. Graec.* Vol. II. p. 90. de quarum tamen incorrupta antiquitate omnino dubitaverim. vid. *Diogen. Laërt.* L. V. Sect. 1. — 35. *Voſſ.* IV. de *Hiſt. Graec.* c. IX. p. 376. de *Poët. Gr.* c. VIII. p. 56. de *Scient. Mathem.* c. XLVIII. §. 2. p. 286. ſ. et de *Philoſophor. Sectis*, c. XVII. §. 1. — 15. p. 81 — 89. *Simſon. Chron.* ad A. M. 3621. 3638. 3657. 3660. 3662. 3669. 3670. 3682. 3684. *Ionſius*, L. I. c. XI. p. 62. — 69. & c. XVIII. §. 1. 2. p. 114. — 116. *Pope - Blount*, *Cenſ.* p. 32. — 35.	341.	411.

Fa-

Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. VI. p. 107. *Vol.* II. & L. VI. c. V. p. 246. *Vol.* XII. it. p. 146. *Vol.* XIV.
Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph. Tom. I. P. II. L. II. c. VII. de *Aristotele & Secta Peripatetica*, Sect. I. de *Aristotele, eiusque Philosophia*, §. I. — XIX. p. 776. — 839. & in *Appendice* h. e. *integri operis Volumine Sexto*, p. 238. — 244.
Catal. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 119. seq. inprimis, Vol. II. p. 1036. — 1040. & Vol. III. p. 2128. f. & 2154.
Hamberger. Part. I. p. 259. — 279.
Montuclae Historia Matheseos, Tom. I. Part. I. L. III. §. XXI. p. 204. f.
Circumfertur *Aristotelis* libellus de virtutibus & vitiis, quem cum *Gemistii* quidem *Plethonis* de virtutibus libello recensuit, *Eduard. Fawconer*, Oxonii e theatro Scheldoniano, 1752. 8. eum tamen ad *Andronicum*, non ignobilem Peripateticum, (infra ad Olymp. CLXXIV. 3. laudandum,) auctorem, secundum alios, non iniuria referens, v. *Nov. Act.*

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Erud. 1754. *Mart.* Part. I. p. 101. seq.		
3667.	CX: 3.	DEMADES, Atheniensis, Orator, hoc anno in proelio Chaeronensi captus a *Philippo* Macedone fuit, labentibus annis ab *Antipatro* & *Cassandro* occisus Olymp. CXV: 2. *Simson. Chron.* ad hunc A. M. it. 3683. & 3686. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. XXX. p. 418. Vol. IV. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 117. *Hamberger.* Part. I. p. 301. s. item *Ruhnkenius* V. C. in. *Historia Critica Oratorum Graecorum*, p. LXXI.-LXXV. ad *Rutilium Lupum.* De disputatione vero *Christ. Sigism. Guil. Hauptmanni*, Gerae 1768. 4. edita, quae *Demadem, & illi tributum fragmentum Orationis considerat*, nihil habeo dicere, praeter id, quod apud Cel. *Klotzium*, in *Act. Liter.* Vol. V. Part. I. p. 109. relatum legi.	336.	416.
3668.	CX: 4.	HYPERIDES, Colyttensis Atticus, Orator. Is annus videtur esse Psephismatis, quod rogante tum	335.	417.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter.
		tum Hyperide factum est, vid. Cl. *Dav. Ruhnkenius* in eleganti *Historia Critica Oratorum Graecorum*, p. LXIX. f. & ad *Rutilium Lupum*, p. 64. Ceterum inspiciantur	. . .	. . .
		Simson. Chron. ad A. M. 3682. 3686. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXVI. p. 874. Vol. II. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 118. & *Hamberger.* Part. I. p. 302. f.		
3669.	CXI. 1.	ALEXANDER M. rex Macedonum, Persarum deinceps victor. Annus est imperii eius auspicalis. *Iudicium* in eo *subtile videndis artibus* laudavit *Horatius*, II. Epist. I. 242.	334.	418.
. . .	. . .	*Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. VII. p. 203. — 234. Vol. II. Cf. p. 147. Vol. XIV. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 127. *Hamberger.* Part. I. p. 296. Cf. *Iac. Bruckerus* in *Histor. Critica Philos.* T. I. Part. II. L. II. c. XV. *de fatis Philosophiae Graecae extra Graeciam*, §. II. — IV. p. 1349. — 1355.	. . .	. . .

DIO-

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A.Urbis circiter
....	.....	DIOGENES, Sinopenſis, *Antiſthenis* diſcipulus, Philoſophus Cynicus. Nat. Olymp. XCI: 3. ≡ Θ. Olymp. CXIV: 1. Aliquot eius imagines repetiit *Iac. Gronov. Theſaur. Antiqv. Graec.* Vol. II. tab. 88. vid. *Diogen. Laërt.* L. VI. Sect. 20. — 81. *Simſon. Chron.* ad hunc A.M. & 3681. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XII. p. 362. Vol. II. & L. II. c. X. p. 418. Vol. I. *Iac. Bruckeri Hiſtor. Critic. Philoſoph.* Tom. I. Part. II. L. II. c. VIII. §. V. & VI. p. 871. — 886. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 118. inprimis Vol. II. p. 1203. ſ. *Hamberger.* Part. I. p. 250. ſ.	...	...
....	.....	PHILIPPIDES, Poëta Comicus Athenienſis. *Voſſ.* de *Poët. Graec.* c. VIII. p. 54. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 741. Vol. I. *Hamberger.* Part. I. p. 250. ſ.	...	...
....	.....	HECATAEVS, Abderita, Alexandri M. Comes, & Hiſtoricus. *Voſſ.*	...	...

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Voss. de *Histor. Graec.* L. I. c. X. p. 44. *Simson. Chron.* ad A. M. 3671. *Ionsius* de *Script. Histor. Phil.* L. I. c. XIX. p. 121. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. VIII. p. 218. Vol. II. et *Petr. Zornius* in Prolegomenis ad *Hecataei Abderitae Eclogas*, Altonae, 1730. 8.		
....	.....	ALEXIS, mediae Comoediae Poëta.	...	...
		Voss. de *Poët. Graec.* c. VIII. p. 55. *Ionsius*, L. I. c. XVIII. §. I. p. 119. f. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XXII. p. 701.—704. *Hamberger.* Part. I. p. 300.		
....	.....	AVTOLYCVS, *Pitaneus*, ex Aeolide, Philosophus, et Mathematicus.	...	...
		vid. *Voss.* de *Scientiis Mathematicis*, c. XXXIII. §. 14. p. 154. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. V. p. 89. Vol. II. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 129. et Vol. II. p. 1053. *Hamberger.* Part. I. p. 297. *Montuclae Histor. Matheseos*, Part. I. L. III. §. XXII. p. 210. Tom. I.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
3677.	CXIII: 1.	HERACLIDES, *Ponticus*, auditor et discipulus *Platonis*, (secundum *Ciceronem*, V. *Tusc. Qu.* 3. I. de *Nat. Deor.* 13. I. de *Divin.* 23. et III. de *LL.* 6. a nonnullis discipulus *Aristotelis* perhibetur fuisse, v. *Diog. Laërt.* III. Sect. 46. et L. V. a Sect. 86.) Philosophus, & Historicus.	326.	426.
A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		ci, in Libro IV. de telorum constructione extans, illustratur, Gottingae 1768. 4. v. *Klotz. Act. Lit.* Vol. V. Part. III p. 335.		
3858.	CLVIII: 2.	PANAETIVS, Rhodius, Philosophus *Stoicus*, Scipionis Africani, non profecto maioris, vt adversis temporum rationibus scripsit Cel. *Ernesti* in *Clav. Ciceroniana*, *Indice Histor.* v. *Panaetius*, sed minoris, (argum. *Vellei. Paterc.* I. XIII. 3.) comes, magister *Posidonii*. vid. *Ionsius de Script. Hist. Phil.* L. II. c. XIII. §. 1. p. 212 —214. *Simson. Chron.* ad A. M. 3858. & 3875. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XV. p. 406. Vol. II. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom I. Part II. L. II. c. IX. Sect. II. §. XI. p. 980.	145.	607.
....	.....	BION, Smyrnaeus. } Poëtae Bucolici, hac aetate, vt videtur, clari. MOSCHVS, Syracusanus. } *Fabr. Bibl. Graec.* L. III. c. XVII. p. 441. s. et 444. seq. Vol. II. Ca-	....	...

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Catal. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 146. *Hamberger.* P. I. p. 380. 381. vbi omissa est *Bionis & Moschi Idylliorum* editio *Veneta* cum animadversionibus *Nicol. Schwebelii*, Aegidiani Collegii apud Norimbergenses Rectoris, viri doctissimi, 1746. 8. de qua cum sententiam suam dixisset iudex Lipsiensis in *Nov. Act. Erudit.* 1751. Decembr. p. 699. illius in se iras prouocavit, singulari libello, cui haec Epigraphe: *Refutatio censurae ineptae, quam Anonymus quidam censor Actis Eruditorum Lipsiensibus adversus Bionis & Moschi Idyllia inserendam curauit.* Norimbergae, quaternis. Nuperrime *Bionis Epitaphium Adonidis*, eleganti carmine Trochaico latine redditum ab *Ernesto Gulielmo Higtio*, post eius mortem lucem vidit, (Franeqverae, 1772.) octonis.		
3859.	CLVIII: 3.	POLYBIVS, Megalopolitanus, vir princeps, Philosophus, & Historicus. Nat. Olymp. CXLIII: 4. = ☉. Ol. CLXIV: 2. Annus in margine notatus est expugnationis et euersionis *Corinthi*, adeoq. nullus com-	144.	608.

R 3 com-

commodior, quam hic nominis *Polybiani* index, legi poterat.

vid. *Voff.* I. de *Hist. Graec.* c. XIX. p. 97. — 100.
Simson. Chron. ad A. M. 3822. 3836. 3856. inprimis 3858. & 3882.
Pope-Blount p. 46. 47.
Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. XXIX. p. 751. f. Vol. II.
Catal. Bibl. Bunav. Tom I. Vol. I. p. 143. 144. Vol. II. p. 1526. & Vol. III. p. 2129.
Hamberger. Part. I. p. 382. — 387.
Editionem *Gronovianam* typis repeti iussit, Praefationeq. et *Glossario Polybiano* auxit Cel. *Io. Aug. Ernesti*, Lipsiae 1764. 8. tribus codicibus. v. *Klotzii Act. Liter.* Vol. III. Part. II. p. 211.—213.
Inter Gallo-Francicos interpretes *Polybianam* rei militaris descriptionem, vt notum, illustravit Eques *Folardus*, cuius opus post eius mortem typis renovatum, supplementoq. locupletatum, Amstelod. 1753. 4. septem codicibus absolvitur. v. A. E. Lipf. 1754. April. p. 233. seq.

Mul-

Multorum tamen hunc ipsum *Folardum* errorum accusavit ill. *Carolus Guischardus* s. *Qvintus Icilius* in egregiis de *Re Militari* Commentariis, quorum indicem duntaxat referre placet: *Mémoires Militaires sur les Grecs et les Romains, ou l'on a fidelement retabli sur le texte de Polybe et des Tactitiens Grecs et Latins la plupart des Ordres de Batailles et des grandes Operations de la Guerre, qv'on expliqve suivant les principes, et la Pratiqve constante des Anciens, en relevant les Erreurs du Chevalier de Folard, et des autres Commentateurs. On y a joint une Dissertation sur l'Attaqve et la Defense des Places des Anciens: La. Traduction d'Onosander, et celle de la Tactiqve d'Arrien, & l'Analyse de la Campagne de Jules César en Afriqve avec des Notes Critiqves & des Observations militaires, repandues dans tout le Cours de l'ouvrage par Mr. Guischard*, &c. *à la Haye* 1757. 4. 2. Tomis.

. . . .	. . . . .	NICANDER, Colophonius, Grammaticus, Carminum Scriptor, et Medicus.	. . .	. . .

Ima-

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Imaginem eius describi iussit *Iac. Gronovius* in *Thesaur. Antiqv. Graec.* Vol. III. h h. vid. *Vossius* de *Poët. Graec.* c. VIII. p. 67. f. & de *Philosophia* c. XI. §. 36. p. 89. *Ionsius*, de *Script. Histor. Philos.* L. II. c. XIII. §. 7. p. 217. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XXVI. p. 618. Vol. II. it. p. 345. Vol. XIII. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 146. *Hamberger.* Part I. p. 398.—400. Vtrumq. eius *Theriacon*, et *Alexipharmacon* carmen repetitis *Ioh. Gorrhaei* latinis versibus, italicis vero *Ant. Mariae Salvinii*, inprimis edita nunc primum Graeca *Eutecnii Sophistae Metaphrasi*, e Codicibus Bibliothecae Florentinae, & Vindobonensis descripta recensuit *Angel. Maria Bandinius*, Mediceae Bibliothecae Praefectus, *Florentiae* 1764. 8. v. *Klotzii Act. Liter.* Vol. IV. Part. IV. p. 449. f.		
3860.	CLVIII: 4.	APOLLODORVS, Atheniensis, Bibliothecae Scriptor. vid.	143.	609.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C N circiter	A. Urbis circiter
		vid. *Voss.* de *Histor. Graec.* c XXI. p 105. s.		
		Thom. Galeus in *dissertatione* de *Scriptoribus Mythologicis* c. VI. p. 43. s. *Scriptor. Historiae Poëticae.*		
		Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. XXVII. p. 660. Vol. II.		
		Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 146.		
		Hamberger. Part. I. p. 401.—403.		
		Dolendum est, lactissimam de *Apollodoro*, pristinae integritati restituendo, spem, quam fulcitaverat doctissimus iuvenis *Gerard. Jacobus van Swinden* in *Specimine novae Editionis Apollodori*, & *Commentarii ad eum*, in *Miscell. Observationibus Novis* Tom. III. p. 37.—99. obvio, immatura eius morte decollasse.		
. . . .	. . . .	IESVS, sive IASON, forte circa haec tempora avi sui IESV SIRACIDIS *Panaretum* de Ebraeo Graecum fecisse videtur.	. . .	. . .
		vid. *Petr. Dan. Huetii Demonstrat. Euangel. Proposit.* IV. p. 422.—429.		
		Simson. Chron. ad A. M. 3758. & 3773.		
		Fabric. Bibl. Graec. L. III.		

 c.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		c. XXIX. p. 727. Vol. II. *Io. Franc. Buddei Histor. Eccles.* V. T. p. 951. seq. & 1021. Tom. II. *Io. Christo. Wolfii Bibl. Hebraeae* Part. I. n. 410. p. 255.—263. Part. II. p. 200. 201. et Vol. III. n. 409. p. 156. 157. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom. II. Period. II. P. I. L. II. c. I. *de Philosophia Iudaica.* §. XXXIII. p. 789.—791. *Hamberger.* Part. I. p. 405.—407.		
3867.	CLX: 3.	L. ATTIVS, non ACCIVS, Poëta tragicus, argumento *Hieronymi* in *Chronico Eusebiano* ad hanc Olympiadem p. m. 147. b Nat. a. V. 584. vid. *Voss.* de *Poët. Latin.* c. I. p. 61 7. & l. de *Histor. Latin.* c. VII. p. 38. f. *Simson. Chron.* ad A. M. 3867. *Ionsius* de *Script. Histor. Philos.* L. II. c. XIII. §. 3. p. 215. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. I. p. 669. Tom. I. et p. 262. Tom. III. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1048. *Hamberger.* Part. I. p. 404. L.	136.	616.

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
3872.	CLXI: 4.	L. CALPVRNIVS PISO, cognomine *Frugi*, Annalium Scriptor, & huius anni Consul. vid. *Simson. Chron.* ad A. M. 3872. Viri docti a me laudati in *Miscellan. Lipsiens. Nov.* Vol. III. P. II. p. 281. *Hamberg*. Part. I. p. 403.	131.	621.
....	.....	P. MVCIVS, P. F. Q. N. SCAEVOLA, ICtus, & eiusdem anni Consul. Is, qui primus Ius Civile fundavit, eamque scientiam in familiam *Muciam* intulit, sec. Epitomatorem *Pomponii*, ICti, L. 2. §. 39. ff. de O. I. vid. *Francisc. Balduini Commentarius de Iurisprudentia Muciana*, Basil. 1558. 8. *Heineccii Histor. Iur.* L. I. c. III. §. CXXXIV. CXXXV. p. 225—227. *Iob. Aug. Bachii Histor. Iurispr. Roman.* L. II. c. II. §. XXXI. p. 240. 241. *Georg. Arnaldi vitae Scaevolarum* editore Cl. *Henr. Ioann. Arntzenio*, Trai. ad Rhen. 1767. 8. §. XVI. —XXV. p. 43—74.	...	...

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
3875.	CLXIII: 3.	L. COELIVS ANTIPATER, Annalium Romanorum auctor. vid. *Epicrisis Anti-Bellefortiana* in *Miscell. Lips. Nov.* Vol. III. P. II. p. 282. add. *Hamberger*. Part. I. p. 404. s.	128.	624.
....	.....	SEMPRONIVS ASELLIO. Historicus. vid. *Miscell. Lips. Nov.* Vol. III. P. II. p. 282. *Hamberger.* Part I. p. 405.	...	...
....	.....	CLODIVS LICINIVS, itidem Annalium Scriptor. vid. *Miscell. Lips. Nova* ib. p. 283.	...	...
3876.	CLXIII: 4.	CORNELIA, *Gracchorum* mater, latini sermonis peritissima matrona, arg. *Cic.* in *Brut.* 58. Cum *C. Gracchus* tribunatum plebis adeptus sit a. v. 631. non iniuria sumi potest, *Corneliam* aliquot ante annis, videlicet circa a. v. 625. ad filium suum *Caium* scripsisse epistolam, quo temtore jam *C. Gracchus* legis agrariae patrocinium susceperat, vt optimatibus aegre faceret.	127.	625.

Fa-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. VI. p. 69. Tom. I.		
3882.	CLXIV: 2.	C. LVCILIVS. Satirographus. Nat. Olymp. CLVIII: 1. = ☉. CLXIX: 2.	121.	631.
		vid. *Vossius* de *Poët. Latin.* c. I p. 9. it. 11. 12. *Simson Chron.* ad. A. M. 3857. cum adnotatione *Wesselingii*, & 3876. *Pope Blount Censf.* p. 54. f. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. I. p. 666. Tom. I. & p. 258. Tom. III. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1405. *Hamberger.* Part. I. p. 407. — 409.		
3888.	CLXV: 4.	Q. MVCIVS, Q. F. SCAEVOLA, Augur, Ictus, et huius anni Cos. cum *L. Caecilio Metello.*	115.	637.
		Frater patruelis superioris *P. Mucii*, primus *Ciceronis* in Iurisprudentia magister, a cuius fenis latere se puerum nunquam discessisse ait in *Laelio* c. 1. Et quoniam vterque horum *Scaevolarum* Qvincti praenomen habuit, ne miscerentur ambo, hunc nostrum *Augurem*, alterum *Pontificem* nuncuparunt, arg. eiusdem *Cic.* in *Laelio.* l. l.		

S 3 vid.

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		vid. *Heineccii Hist. Iur.* L. I. c. III. §. CXL. p. 231. *Bachii Hist. Iurisprud. Rom.* L. II. c. II. §. XXXV. *Georgii Arnaldi Dissertatio Postuma de vitis Scaevolarum* §. XI.—XIII. p. 22. —34.		
3907.	CLXX: 3.	MELEAGER, Gadarenus, Syrus, Epigrammatographus Graecus. vid. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XXVIII. p. 682. Vol. II. Cl. *Reiskius* in Praefat. ad *Antholog. Graecam*, p. XII. et in Notitia Poëtarum Anthologicorum, voc. Ἀντίπατρος, p. 185. et Μελέαγρος p. 231. seq. Μελεάγρου Γαδαρηνοῦ εἰς τὸ Ἔαρ εἰδύλλιον, *Meleagri Gadareni in Ver Idyllion Ioannes Baptista Zenobettius primus edidit & illustravit, Romae*, 1759. 4.	96.	656.
3910.	CLXXI: 2.	Q. MVCIVS, P. F. SCAEVOLA, *Pontifex*, huius anni, cum *P. Licinio Crasso*, Cos. *Iuris peritorum eloquentissimus*, teste *Cicer. Brut.* 39. ad quem Scaevolam *Pontificem*, mortuo *Augure*, se contulerat *Cicero.* v. eius *Laelium* c. 1. & *Plutarch.* in *Cicer.* p. 861. seq. vid.	93.	659.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		vid. *Heineccii Histor. Iur.* L. I. c. III. §. CXLIV. CXLV. p. 236.—238. *Io. Aug. Bachii Histor. Iurispr. Rom.* L. II. c. II. §. XXXIX. *Georgii D'Arnaud* Dissertatio postuma de *vitis Scaevolarum* §. XXVI.—XLVII. p. 74.—122.		
. . . .	. . . . .	An his circiter annis EZECHIEL, homo quidam Iudaeus, poëta tragicus, vixit?	. . .	. . .
		vid. *Voss.* de *Poët. Graec.* incertae aetatis, p. 90. *Fabr. Bibl. Graec.* L. II. c. XIX. p. 646. f. Vol. I. *Io. Christo. Wolfii Bibliothecae Hebraeae* Vol. III. n. CMLXXXIV. b. p. 430. *Hamberger.* Part. I. p. 409. Alii, tamquam *Gvil. Caveus,* longe serius, post excidium quippe vrbis Hierosolymitanae vixisse arbitrantur. v. *Hist. Liter. Script. Eccles.* ad A. C. 100. Part. I. p. 38.		
3915.	CLXXII. 3.	SCYMNVS, Chius, Poëta, & Geographus. Nicomedi III. Bithyniae regi carmen suum Iambicum Περιηγήσεως sacrum esse iussit. vid.	88.	664.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		vid. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. 2. p. 35. Vol. III. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 148. & Vol. II. p. 1599. *Hamberger.* Part. I. p. 410. f.		
. . .	. . . . .	C. TREBATIVS TESTA, ICtus, *Ciceronis* postea, *Iul. Caesaris*, & *Octaviani Caesaris* familiaris.	. . .	. . .
		vid. *Heineccii Histor. Iur.* L. I. §. 188 & 189. *Bachii Hist. Iurispr. Rom.* L. II. c. II. §. 48. p. 253. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1658.		
3923.	CLXXIV:3.	L. CORNELIVS SISENNA. Historicus.	80.	672.
		vid. *Fabric. Bibl. Lat.* Tom. III. p. 552. *Hamberger.* Part. I. p. 416. f.		
. . .	. . . . .	Q. CLAVDIVS QVADRIGARIVS, } itidem Annalium Scriptores, Sisennae σύγχρονοι.	. . .	. . .
. . .	. . . . .	Q. VALERIVS ANTIAS,	. . .	. . .
. . .	. . . . .	C. LICINIVS MACER.	. . .	. . .
		vid. Epicrisis mea in *Miscell. Lipf. Nov.* Vol. III. P. II. 283.		

Ham-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Hamberger. Part. I. p. 416. 417. qui tamen *Macrum* omisit.		
		His temporibus accommodari posse videtur		
. . . .	. . . . .	ANDRONICVS, *Rhodius*, Philosophus Peripateticus.	. . .	. . .
		vid. *Fabr. Bibl. Graec.* L. III. c. VI. p. 150. 151. & c. XI. p. 278. s. Vol. II. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. 1. §. VIII. p. 19. inprimis §. XXIV. p. 60.—62.		
3925.	CLXXV: 1.	T. LVCRETIVS CARVS, Eques Romanus, carminis philosophici *de Rerum Natura* auctor.	78.	674.
		nat. Olymp. CLXXI. 2. Vrb. 659. = ⊖. Olymp. CLXXVII. 3. Vrb. 684. quo sibi necem consciviße dicitur.		
		vid. *Vossius* de *Poët. Latin.* c. I. p. 9. & 15. *Pope-Blount Cens.* p. 55. *Crenii Animadvers. Philolog.* Part. VI. c. I. §. I. p. 1. seq. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. IV. p. 42. T[illegible] I. et p. 54. Tom. II.		

T *Bru-*

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſ. Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. I. §. XXVII. p. 67.—69. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 270. & Vol. II. p. 1405. *Hamberger.* Part. I. p. 460.—467.		
3937.	CLXXVIII: 3.	GEMINVS, *Rhodius*, Aſtrologus, aequalis, vt videtur, POSIDONII, ortu *Apameenſis* Syri, habitatione Rhodii, ſed iam ſenis, vt reor: (cuius *Poſidonii* imago petatur a *Gronovio Theſaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. ff.) Si enim *Geminus τὰ μετεωρολογικὰ Poſidonii* in Epitomen redegit, ſecundum *Simplicium*, in Ὑπομνήματι ad *Ariſtotelis Phyſica*, (v. *Indicem Scriptorum* à *Simplicio* laudatorum apud *Fabric.* L. V. *Bibl. Graec.* c. XXIX. p. 628. Vol. VIII.) *Poſidonius* autem, tanqvam diſcipulus et ſucceſſor *Panaetii* ab a. inde V. 650. circiter, quo cenſetur *Panaetius* obiiſſe, ſec. *Joh. Ionſii* de *Script. Hiſt. Philoſ.* L. II. c. XIII. p. [illegible]19. calculum, Philoſophiam Rhodi docuit, ſequitur, vt circa hoc tempus	66.	686.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		pus *Posidonius* iam provectioris aetatis fuerit, cum a *Pompeio* & *Cicerone* audiretur, neque opus sit, *Geminum* ab aetate *Posidonii*, adeoque *Pompeii* & *Ciceronis* diuellere, aut duo *Geminos* comminisci. *Geminus* enim, iuvenis, librum *Posidonii*, senis, in compendium mittere poterat. Cum vero doctiss. *Montucla* in *Histor. Matheseos* Tom. I. Part. I. L. IV. § X. p. 276. satis confidenter pronunciat, *Hipparchum* a *Gemino* nusquam excitari, ideoque *Geminum Hipparcho* antiquiorem videri, plane falsus est, quandoquidem *Geminus* ter vno capite 2. p. m. 8. *Vranolog. Petaviani*, *Hipparchi* meminit.		
		Interim vid. *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. XVI. §. V. p. 57. c. XXXIII. §. 7. p. 160. & c. LII. §. 9. p. 329. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. V. p. 98. Vol. II. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 148. *Hamberger.* Part. I. p. 417. f.		
. . .	. . . . .	DIONYSIVS, *Thrax*, Grammaticus Graecus, an eorum forte temporum?	. . .	. . .

 vid.

cell. obferv. Vol. VI. Tom. I. p. 229.

Catulli fubinde Carmina vel emendantur vel illuftrantur in *Mifcellaneis Obfervationibus*, quarum genitrix primum Britannia, mox Batavia fuit, tanquam *Attis*, Vol. II. Tom. III. p. 322.—336. *Carmen Nuptiale*, Vol. II. Tom. III. p. 337.—339. *Priapus*, Vol. II. Tom. III. p. 339. 340. auctore, vt videtur, *Ioh. Iortinio.* Item in *Carmen X. Catulli* P. F. F. P. N. B. (h. e. *Petri*, *Francifci Filii*, *Petri Nepotis*, *Burmanni*) *Animadverfionibus Criticis* Vol. V. P. I. p. 1.—16.

Ifaac. Verburgius apud animum conftituerat *Catullum* animadverfionibus illuftratum promulgare, fed confilium eius, primo duntaxat folio typis defcripto, quod folum fupereft, potenti adverfariorum ambitione interpellatum effe aiunt.

Ceterum lectu digniffima funt, quae Vir literatiffimus *Gottbold. Ephraim. Leffingius* nuper cum de Epigrammatum *Catullianorum* arte & natura, tum de inventore Carminum *Catullianorum* fub renatarum literarum tempora in-

 ge-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		geniose disputavit in *Scriptis* suis *Miscellaneis (Vermischte Schriften*, Berlin. 1771. 8.) Part. I. a p. 171.—192.		
....	....	CORNELIVS NEPOS, illustrium aliquot ducum, hominumque Biographus. Quo examussim anno lucem viderit, decesseritque non constat. Scripsit tamen adhuc post Olymp. CLXXXVII: 1. hoc est, A. V. 722. arg. vitae eius Attici. c. XXII.	...	...
		Celebritatem eius nominis *Hieron.* in *Chron. Euseb.* ad Olymp. CLXXXV. his verbis indicavit: *Cornelius Nepos Scriptor Historicus clarus habetur.* Vel sic tamen citius, & circa hos quidem annorum fines innotuisse videtur, quod *Catullus* carmina sua *Cornelio Nepoti* inscripsit.		
		vid. *Voss.* I. de *Hist. Latin.* c. XIV. p. 66.—68. *Ionsius* de *Script. Histor. Phil.* L. II. c. XVIII. §. 4. p. 255. f. *Pope-Blount*, *Cens.* p. 71.—73. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. VI. p. 61. Tom. I. & p. 73. Tom. II.		

Ca-

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 273. Vol. II. p. 1466. & Vol. III. p. 2161.

Hamberger. Part. I. p. 483. —489.

Liticulae, inter viros doctiss. *Augustinum van Staveren*, & *Ioh. Mich. Heusingerum* subortae, causa tenendum est, Cl. *Heusingerum* primo eruditiss. *Staverenii* in *Cornelium Nepotem* animadversiones sub examen vocasse in *Emendationibus aliquot locorum Cornelii Nepotis*, quae extant in *Exercitationibus Societatis Latinae Jenensis*, tum in *Spicilegio Emendationum & Observationum ad Cornelium Nepotem*, Isenaci 1744. 4. his vero *Staverenium* acerbe respondisse in *Miscell. Observ. Nov.* Tom. VI. p. 513—538. Tum has ipsas animadversiones *Heusingerum Discussione* scripta vituperasse, simul ipsis *Cornelii* tabulis nova editione profuisse, Isenaci 1747. 8. et tandem *Staverenium*, *Heusingero* interea mortuo, in Praefatione minoris *Cornelii Nepotis* editionis Lugd. Bat. 1755. 12. nonnihil reposuisse. Quod tamen displicuisse

cuisse video illius *Heusingeri* ex fratre nepoti *Iac. Friderico Heusingero*, viro literarum scientia clarissimo, in Prologo *Subsidiorum* Cornelii Nepotis. p. m. 106. Alio enim pacto Cornelio prodesse studuit idem vir eruditissimus, editis quippe duobus Fragmentis Cornelii, in singulari libello, cui titulus: *De Nepote Cornelio bene merendi aliquot subsidia Bibliothecae Guelpherbytanae*, Guelpherbyti 1759. 4. quae, cum auctori censurae in *Actis Erudit. Lipsiensibus* 1759. mens. *Febr.* p. 53.—96. obuiae, haud quaquam istius antiquitatis esse viderentur, illum ipsum invenerunt defensorem in libello, cui Epigraphe: *Fragmenta Cornelii Nepotis Guelpherbytana a Censoria Lipsiensis Critici virgula vindicantur:* Guelpherbyti 1760. Cui quidem Apologiae respondit *Christ. Adolph. Klotzius* in *Miscellan. Criticis* Trai. ad Rh. 1763. 8. c. XI. p. 44.—53. Sed ita tamen, vt impedire non posset, quo minus in calce *Fl. Mallii Theodori de Metris* libri Lugd. Bat. 1766. 8. non modo omnia illa *Heusingeri* scrip-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		ſcripta repeterentur, a p. 103. ſed etiam ibidem *Ad vindicias Fragmentorum Nepotis acceſſio* fieret. p. 155. —166.		
3942.	CLXXIXI 2.	M. TVLLIVS M. F. *Cornelia* CICERO, Arpinas, huius anni Cos. Philoſophus, Hiſtoricus, Rhetor, et Orator ſummus. Nat. Olymp. CLXVIII: 3. Vrb. 648. = Θ. Olymp. CLXXXIV: 2. Vrb. 711. Maturius quidem nomen eius indicari potuiſſet, nominatim ad Olymp. CLXXII: 4. Vrb. 665. propter *Arati Phaenomena*, quae adoleſcens de Graecis latina fecerat. Sed hic annus tamen celebritatis eius culmen et faſtigium fuit. Quae apud *Gronov.* in *Theſaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. tt. effigies occurrit, ea frequenter paſſim pro Ciceronis imagine vulgo haberi ſolet. Aliarum iconum meminit *Io. Alb. Fabricius*, loco mox laudando, et *Klotzius* in *Vindiciis Horatii* p. 35. ſ. De eius vita et rebus geſtis poſt *Plutarchi* in *Cicerone* a p. 861. ſeq. et recentioris aevi Triumvirorum, *Sebaſt. Corradi*, *Franciſc. Fabricii*, et *Conyers Middletonii* operam in ea	61.	691.

re collocatam quicquam commemorare nihil attinet. Primus autem *Seb. Corradus* duplicem ſcripſit *Quaeſturam* alteram Venetiis 1537. 8. editam, qua continentur variae, elegantiſſimaeque plurium Ciceronis locorum emendationes, alteram Bononiae 1558. 8. evulgatam, quae vitae & morum eius rationem reddebat. Qua altera Quaeſtura nihil vulgatius fuit. Illam vero primam omnes Ciſalpini diutiſſime ignorarunt, ne *Jacob.* quidem *Gronovius* conquiſiuit, tametſi ſecundam Quaeſturam typorum formulis Lugdunenſibus repeti iuberet, manifeſtaque ſuperioris Quaeſturae in *Corradi* Scholiis ad I. *Attic. Ep.* XI. p. 59. I. *Att. Ep.* XIV. p. 94. II. *Att.* Ep. V. p. 203. ed. *Graev.* & neſcio quibus aliis in locis, item in *Qvaeſtura* altera p. 4. ed. Lugd. veſtigia extarent. Neque fortaſſis adhuc in notitiam hominum eruditorum veniſſet, niſi *Nicol. Hopfius*, Bernas, homo literarum intelligentiſſimus, a Cel. *Oudendorpio* ad *Svetonium* ſemel ite-

iterumque, velut, ad *Calig.* 58. & in *Addend.* p. 1022. laudatus, ex peregrinatione Italica ad Batavos, & Hagam Comitum, vbi privatus vixit, secum attulisset. Is enim est *amicus*, cui pereximium istud munus debetur, et a quo sumtum Cel. *Davides Ruhnkenius* ad *Io. Aug. Ernestium* V. C. miserat. v. eius Praefat. ad *Corradi Qvaesturam*, *Partes duas* Lipsiae 1754. octonis, in lucem emissas lit. a. 4.

Vtinam porro, qui toties recoxerunt *Franc. Fabricii Historiam Ciceronis per Consules descriptam*, vel ad Archetypam editionem Coloniensem 1569. 8. auctiorem quippe & nitidiorem priori 1563. 8. vt ipse *Fabricius* confitetur in Epistola ad *Maternum Cholinum*, recognovissent, vel emendatiorem passim dedissent. Sic enim nonnulla non deessent, nec operarum vitia, tanquam, vt hoc solo duntaxat vtar exemplo, ad a. Vrb. 657. *De hoc Domitio Cicero pro Domo*, ἀντὶ τῶ: *Cicero pro Deiotaro* c. XI. constanter servata fuissent. Interim hanc ipsam

 Histo-

Historiam vna cum *Christoph. Cellarii* Historia *explicandis Epistolis Ciceronis accommodata* tunc *primum edita*, denuo *recensuit*, *indices* & *Praefationem adiecit Ioh. Michaël Heusingerus*, Budingae 1727. 8. Tandem *Middletonianae* Ciceronis vitae primaria splendidissimaque editio vidit lucem *Londin.* 1741. 4. duobus Codicibus.

Praeterea inspiciantur *Voss.* de *Poët. Latin.* c. I. p. 14. seq. IV. de *Hist. Graec.* c. XV. p. 392. & I. de *Hist. Latin.* c. XI. p. 53.—56.

Simson. Chron. ad A. M. 3899. 3924. 3925. 3927. seq. 3935.

Pope-Blount. p. 57.—60.

Crenii Animadv. Philolog. Part. IV. c. I. & 3. p. 13.—22.

Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. IX. p. 88. Tom. I. & p. 94. Tom. II.

Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph. Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. I. §. XVI.—XIX. p. 34.—50. et in *Appendice*, f. *Operis integri* Vol. VI. p. 345.—349.

Catal. Bibliotb. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 275.—291.

it.

it. Vol. II. p. 1157.—1162. et Vol. III. p. 2132. et 2156.
Hamberger. Part. I. p. 418.—448.
Addatur V. C. *Io. Aug. Ernesti Historia Critica Operum Ciceronis typographorum formulis editorum Lipsiae* 8756. 4. & *in opusculis Philologicis* p 135. seq. item eiusdem *Narratio critica de Editionibus orationum Ciceronis* in iisdem *Opuscul. Philol.* a. p. 155.
In *Lexicis Ciceronianis* praeter eximiam *Ernesti Clavem Ciceronianam* iterum tertiumue Halae Saxonum typis recusam, inprimis commendabile est *Marii Nizolii Lexicon Ciceronianum ex recensione Alex. Scoti, et Iac. Facciolati, cui accedunt phrases & formulae linguae latinae ex Commentariis Stephani Doleti, Patavii* 1734. Fol. (v. *Supplem. Actor. Erudit.* Tom. III. Sect. VII. p. 289.)
In Animadversionibus Criticis commemorari debent *Io. Iortinii Observationes in Ciceronem de Divinatione, de Legibus, & de Natura Deorum*, inspersis subinde *A.* et *B.* h. e. *Petri Burmanni* maioris, e *Iac. Phil. Dorvilii* castigatio-

tionibus in *Miscell. Observat.* Vol. III. T. I. p. 5.—18. & p. 67.—70. it. Tom. II. p. 153.—176. tum *AA.* h. e. ut comperi, *Thomae Hutchinsonii Observationes cum editore Britanno communicatae, in Ciceronem de Legibus*, aspersis itidem A. et B. Scholiis in *Miscell. Observ.* Vol. III. Tom. II. p. 224.—228. & Vol. IV. Tom. III. p. 330.—340. inprimis vero A. h. e. *Petri Burmanni* maioris *ad Ciceronis Tusculanas disputationes Animadversiones Criticae*, in iisdem *Miscellan. Observat.* Vol. I. Tom. III. p. 399.—412.

Cum vero apud Britannos hodie nonnullarum Ciceronis Epistolarum, Orationumue antiquitas aut impugnata aut defensa fuerit, nec multorum tamen manibus eorum libri terantur, in his saltem differendi angustiis nudos chartarum illarum, quae penes me sunt, indices, tamquam argumentorum puncta, ponere licebit. Primum enim *Iacob. Tunstallus*, Collegii D. Iohannis Cantabrigiensis Socius, & Academiae orator, *Ciceronis* ad *Marcum*

cum Brutum, *Brutique* viciſſim ad *Ciceronem Epiſtolas* in dubium vocavit ſingulari *Epiſtola ad virum eruditum Conyers Middleton*, *vitae M. T. Ciceronis Scriptorem*, in lucem edita *Cantabrig.* 1741. octonis. v. *Act. Erud. Lipſ.* 1747. Menſ. *Jul.* p. 407. Eius dubitationibus occurrit *Middletonus* hoc libello: *The Epiſtles of M. T. Cicero to M. Brutus, and of Brutus to Cicero with the Latin Text on the oppoſite page, and Engliſh Notes to each Epiſtle, together with a Prefatory Diſſertation, in which the Authority of the ſaid Epiſtles is vindicated, and all the objections of the Rev. Mr. Tunſtall particularly conſidered and confuted by Conyers Middleton. London* 1743. 8. (v. *Act. Lipſ. Erud.* 1747. Menſ. Aug. p. 463. ſeq.) Neque tamen *Tunſtallus* ſuae vadimonium ſententiae deſeruit, proximo anno ſcriptis huius generis Obſervationibus: *Obſervations on the preſent Collection of Epiſtles, between Cicero and M. Brutus, repreſenting ſeveral evident Marks of*

of Forgery in these Epistles; and the true state of many important Particulars in the Life and Writings of Cicero, in answer to the late Pretences of the Reverend Dr. Conyers Middleton. by Iames Tunstall, B. D. Fellow &c. London 1744. 8. (v. *Act. Erud. Lips.* 1748. Mens. *Nov.* p. 631. seq.) *Tunstallo* non tantum prolixe assensit exquisitae auctoritatis vir *Jerem. Marklandus*, sed acrius etiam, quod nollem, tibias inflavit, qvatuor simul alias Ciceronis Orationes νοθείας accusando, sub hac libri formula: *Remarks on the Epistles of Cicero to Brutus, and of Brutus to Cicero in a Letter to a Friend with a Dissertation upon Four orations, ascribed to M. Tullius Cicero* 1. *Ad Qvirites post Reditum* 2. *Post reditum in Senatu.* 3. *Pro Domo sua ad Pontifices.* 4. *De Haruspicum Responsis . . . and observations on them by Jerem. Markland, Fellow of St. Peter's College Cambridge. London* 1745. 8. (v. *Act. Erud. Lips.* 1753. *Septembr.* Part. II. p. 533. Hoc vero *Mark-*

Marklandi praeiudicium non optimi fuisse exempli inde statim apparuit, quod nonnemo exoriebatur, qui Harduiniana paene licentia *Ciceronis Orationem* pro *Sulla*, aliosque veterum libros in spuriis mercibus esse audacter pronunciaret, edito huius argumenti libro: *A Dissertation, in which the Defence of P. Sulla ascribed to M. Tullius Cicero is clearly proved to be Spurious, after the Manner of Mr. Markland, with some Introductory Remarks on other writings of the Antients never before suspected.* London. 8. sine anni nota. Vel sic tamen bonum factum, *Marklandianas* subinde argumentationes & suspiciones a Viro magno, *Io. Matthi. Gesnero, in Cicerone restituto*, (v. *Commentat. Acad. Regiae Gottingensis* Tom. III. a p. 223.—284.) enervatas fuisse.

Cum illis vero, qui de Ciceronis iurisprudentia iudicarunt apud *Heinecc. Hist. Iur.* L. I. c. III. §. CXLIX. & *Bachium, Hist. Iurispr. Rom.* L. II. c. II. §. XLIII. p. 248. s. copulari debet

X do-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		doctiſſimus iuvenis *Ioh. Luzac*, in *Obſervationibus nonnullis Apologeticis pro Iureconſultis Romanis ad locum Ciceronis in Oratione pro Muraena* c. I. — XIII. Lugd. Bat. 1768. 4.		
....	.....	M. TERENTIVS VARRO, togatorum eruditiſſimus, Philoſophus, et Grammaticus, Ciceronis familiaris, poſtea Bibliothecis Graecis & Latinis a Caeſare, tyrannidem adepto, praeeſſe iuſſus, teſte *Sveton. Caeſ.* 44. Nat. Olymp. CLXVI: 1. Vrb. 638. = Θ. circa Olymp. CLXXXVIII: 2. Vrb. 727.	....	...
		vid. *Voſſ. de Poët. Latin.* c. I. p. 17. ſ. & I. de *Hiſt. Latin.* c. XII. p. 56. 57. *Simſon. Chron.* ad A. M. 3889. & 3931. cum adnotatione *Weſſelingiana.* *Ionſius* de *Script. Hiſt. Phil.* L. III. c. I. §. 2. p. 2. *Pope-Blount.* p. 60.—62. *Crenii Animadverſ. Philolog.* Part. III. c. I. §. III. p. 11. ſ. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. VII. p. 46. Tom. I. & p. 82. Tom. II. *Iac. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſoph.* Tom. II. Per. II.		

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		II. Part. I. L. I. c. I. §. XIV. p. 30—32. *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 275. & Vol. II. p. 1669. *Hamberger.* Part. I. p. 411.—416. *De Satira Varroniana*, *seu Menippea*, *brevis* est *Commentatio J. G. Hauptmanni*, *Haynensis*, in *Miscell. Lipsiens. Novis*, Vol. V. Part. II. p. 358.—366.		
....	.....	Q. TVLLIVS CICERO, Marci frater, Prudentiae civilis, et Eloquentiae non spernendus auctor.	....	...
		vid. *Voss. de Poët. Latin.* c. I. p. 17. *Simson. Chron.* ad A. M. 3947. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. 8. p. 141. Tom. I. & p. 156. f. Tom. II. *Hamberger.* Part. I. p. 448. f.		
....	.....	P. NIGIDIVS FIGVLVS, Astrologus. argum. *Gellii,* XIX. N. A. c. XIV.	....	...
		vid. *Vossius* de *Scient. Mathem.* c. XXXIV. §. 6. p. 169. 170. & I. de *Hist. Lat.* c. XII p. 57. f. *Fabric Bibl. Lat.* L. III. c. VIII. p. 567. & L. IV.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		c. VII. p. 797. Tom. I. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. I. §. XI. p. 24.—27. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 292.		
3946.	CLXXX: 2.	C. IVLIVS CAESAR, libertatis Romanae oppressor, & Imperator, Historicus, Poëta, et orator. Nat. Olymp. CLXX: 1. Vrb. 654. = Θ. Olymp. CLXXXIV: 1. Vrb. 710. Annus in margine notatus est primi eius Consulatus. vid. *Vossius* de *Poët. Latin.* c. 2. p. 20. & I. de *Hist. Latin.* c. XIII. p. 60.—64. *Pope-Blount*, *Censur.* p. 66.—68. *Crenii Animadvers. Philol.* Part. V. c. I. §. III. p. 9. f. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. X. p. 156. Tom. I. & p. 186. Tom. II. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 293. & Vol. III. p. 2132. *Hamberger*. Part. I. p. 449.—459. Addatur Viri praeclarae & accuratae eruditionis, *Franc. Oudendorpii*, Oratio *de Lite-*	57.	695.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		terariis C. Iulii Caesaris studiis, Lugd. Bat. 1740. 4.		
3954.	CLXXXII:2	SERVIVS SVLPICIVS, *Lemonia*, RVFVS, hujus anni Cos. et ICtus. Θ. 2. Vrb. 711.	49.	703.
		Eius vultum iactat numus argenteus apud *Fulv. Vrsinum* in *Imagin.* Tab. 138. et *Gronovium*, in *Thes. Ant. Graec.* Vol. III. tab. ggg. Biographi eius nominatim indicantur in *Catalogo Bibliothecae Bunavianae*, Tom. I. Vol. II. p. 1607. Iungi potest *Heinecc. Histor. Iur.* L. I. c. III. §. CL. —CLII. & *Bachii Histor. Iurispr. Rom.* L. II. c. II. §. XLIV. p. 249. f. Quibus vero in locis Digestorum laudetur *Sulpicius*, discere licet ex Cel. olim *Abrab. Wielingii Iurisprudentia Restituta*, p. 341. f.		
3961.	CLXXXIV: 1.	C. SALLVSTIVS, *Crispus*, Historicus. Nat. Olymp. CLXXIII: 3. Vrb. 668. = Θ. Olymp. CLXXXVI: 2. Vrb. 719. Imaginem eius praeter alios exhibet *Gronov. Thesaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. ddd. Sed vid. *Klotzius* in *Vindiciis Horatii*, p. 44.	42.	710.

 Cir-

Circa eum annum a libidinibus iuvenilibus animum avocasse, & ad scribendum se appulisse videtur.

vid *Voss.* I. de *Hist. Lat.* c. XV. p. 69.—72.
Pope-Blount. p. 64.—66.
Crenii Animadvers. Philolog. Part. III. c. I. §. IV. p. 12. 13.
Fabric. Biblioth. Latin. L. I. c. IX. p. 149. Tom. I. & p. 177. Tom II.
Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 292. inprimis Vol. II. p. 1573.
Hamberger. Part. I. p. 475.—483.
Observationes Criticae in *Sallustium* de *bello Catilinario, & de bello Iugurthino* qvae leguntur in *Miscell. Observat.* Vol. VI. T. I. p. 304.—312. & Tom. II. p. 317.—337. sunt T. Æ. W. S. h. e. *Thomae Wopkensii.*

Hac opportunitate data praeterire non possum, quae memini me legere in *Isaac. Vossii Epistola* LIV. ad *Nic. Heinsium* p. 619. T. III. *Sylloges Burmann.* eum inter Petavianos Codices, quos Christina, regina Sueciae, emerat, reperisse *duo folia stupendae antiquitatis, qvae* cum *diligentius* adspe-

ſpexiſſet, *ſtatim* coniecisse, esse *Fragmenta deperditarum Salluſtii Hiſtoriarum*, continuiſſe enim *Bellum ſervile Crixi et Spartaci.* Ea autem folia, quoad argumentum, ſchedis *Iac. Auguſt. de Chevanes*, ICti qvondam Divionenſis, examuſſim reſpondere videntur. Inde enim *Joſeph. Bimardus*, Baro Montis Seleuci, *fragmentum*, vt primo ait, *ſatis nobile Inſcriptionis*, vel *Annalium Maximorum*, vt mox parum veriſimiliter conjicit, *Librorum*ue *Linteorum* particulam deſumſit, vulgauitque in Diſſertatione Prima *Novi Theſauri Inſcriptionum Muratorii*, Tomo I. p. 1.—5. Etſi vero idem vir egregius poſtea tituli marmorei errorem deſeruit, agnovitque illius fragmenti tres partes, h. e. quae primum, quartum, & qvintum ibi locum occupant, centum ferme annis ante ſe editas fuiſſe in Fragmentis Salluſtii Hiſtoriarum (v. eiusdem *Praefatiuncula de Addendis, Mutandis, atque Corrigendis* in limine Tomi II. *Inſcript. Murator.*) tamen fruſtra ibi obloquitur *Iano Douzae*, et re-

reliqua tria nullibi hactenus in libris editis reperiri potuisse scribit. Primum enim vana negantis ratio est, ideo sextuplex istud fragmentum ex Sallustii Historiis decerptum esse videri, quod *maioribus elementis*, et *vbique Inscriptionum more* exaratum sit, et *nullibi in Sallustii Codd. Mss. reperiatur.* Immo legatur ipse *Douza* ad istud fragmentum p. 1013. ed. *Cort.* deinde nego *reliqua tria* nusquam alibi lecta fuisse. Omnes enim illa qvantiuis pretii Supplementa Livii *Freinshemiana* L. XCV. §. IX. et X. inspicere iubeo, vbi totidem paene verbis describuntur. Saltem iisdem fragmentis, in quae *Vossius* se incidisse narrat, etiam *Freinshemius* vsus esse videtur. In margine enim §. V. antestatur *Sall. Fragm. ex Bibliotb. Reg.* quibus notis significari posse puto *Bibliothecam Reginae Christinae.*

3962.	CLXXXIV: 2.	A. HIRTIVS. Cos. et Historicus. In vulgaribus exemplis Commentariorum L. VIII. Belli Gallici, Alexandrini, Africani & Hispaniensis, *Pansae* cognomen in-	41.	711.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		inepte additur. vid. *Davisius*, & *Oudendorp.* ad initium L. VIII. *Belli Gallici* p. 445. *Voss.* I. de *Hist. Latin.* c. XIII. p. 64. *Pope-Blount.* p. 68. f. *Fabric. Bibl. Lat.* L. I. c. X. p. 161. 162. Tom. I. *Hamberger.* Part. I. p. 459. f.		
. . . .	. . . . . .	PVBLIVS, *Syrus*, Mimographus. vid. *Voss. de Poët. Latin.* c. 2. p. 22. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. XVI. p. 286. Tom. I. & p. 390. Tom. II. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 324. *Hamberger.* Part. I. p. 563. —565	. . .	. . .
3963.	CLXXXIV: 3.	M. IVNIVS BRVTVS. Philosophus, et Historicus. Qui eum annus in culmine fortunae collocavit, idem ipsi fatalis fuit. Imaginem eius dabit *Gronov. Thesaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. bbb. vid *Voss.* I. de *Hist. Lat.* c. XIII. p. 65. f. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. 10. p. 410. Vol. I & *Bibl. Latin.* in Indice Tom.	40.	712.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Tom. III. in voce *D. Brutus & Cassius.* *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. I. §. XIII. p. 28—30. Eius orationis caufa pro Deiotaro rege ad Caefarem legatur doctiff. *Secuffius* in *Obfervationibus fuper vita Bruti,* (*Remarques fur la vie de Brutus,*) *Histor. Acad. Reg. Infcript.* T. IV. p. 250. ed. Batav. Memorabilis eius liber fuit περὶ τοῦ καθήκοντος, laudatus *Senecae* Epift. XCV. vnde fufpicari quis poffit, graece fcriptum fuiffe videri. Vel fic tamen, quia Grammatici, tamquam *Sopater Charifius*, l. *Inftit. Grammat.* p. 83. & *Prifcianus* VI. p. 679. *Grammat. Putfch.* paffim excitant *Brutum de officiis*, exiftimaverim omnino latinis fcriptum effe literis, eumdemque fortaffis videri poffe, qui *de Virtute* ad *Ciceronem* miffus erat, laudatufque *Ciceroni*, l. *Ac. Quaeft.* 3. & *Senecae*, *Confolat. ad Helviam*, c. XI.		
....	.....	C. CASSIVS SEVERVS, Parmenfis, vnus percufforum	...	...

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		rum Caesaris, ſubitus verſificator. vid. *Voſſius* de *Poët, Latin.* c. II. p. 23. ſ. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. I. p. 673. (*s*) Tom. I. & p. 266. Tom. III.		
3964.	CLXXXIV: 4.	P. ALFENVS ſ. ALPHENVS VARVS, Iĉtus, fortaſſis Triumvir diſtribuendis agris trans Padum amnem, v. *Vita Virgilii*, qvae ſub nomine *Tib. Claudii Donati* circumfertur, §. VIII. p. CXXV. CXXVI. & *Serv.* ad *Virg. Ecl.* VI. 7. Non parum tamen difficultatis cum in fama illa vulgari, tum in re Chronologica ſupereſt. Adi elegantiſſimum Virgilii interpretem *Chr. Gottl. Heynium* ad illum *Donati* locum, in Vita Virgilii, per annos digeſta, ad A. Vrb. 713. & in Argumento *Eclog.* VI. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. IX. p. 814. Tom. I. & p. 790. Tom. III. it. *Bibl. Graec.* Vol. XII. p. 319. *Heineccii Hiſtor. Iur.* L. I. c. IV. §. CLXXXIV. CLXXXV.	39.	713.

Bachii Hist. Iurispr. Rom. L. II. c. II. §. XLVII. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1018.
Fragmenta & vestigia eius nominis in Pandecte residua indicabit *Iurisprudentia Restituta* Cel. olim *Abrab. Wielingii* p. 4.—6.

.... | ..... | P. VIRGILIVS MARO, ex ignobili vico prope *Mantuam*, qui *Andes* dicebatur, ortus. Per eminentiam Latinorum, & veri nominis, poëta. Hoc anno Bucolica eum scribere coepisse vulgaris fama tenet. | ... | ...

Nat. Olymp. CLXXVII: 3. Vrb. 684. = Θ. Olymp. CXC: 2. Vrb. 735.
Imagines Virgilii passim occurrunt, veluti apud *Gronov.* in *Thesaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. qqq. & rrr. it. in *Museo Capitolino*, Tom. I. tab. II. De quarum tamen fide et antiquitate vid. quae observaui ad *Virgilium Iusticianum* Tom. V. p. 17. 18. & in *Addend.* p. 84. 85. iungatur *C. A. Klotzius* in *Vindiciis Horatii* p. 40. 41.
vid. *Voss. de Poët. Latin.* c. I. p. 15. 17. 18. c. II. p. 24. 26. 27.

Sim-

Simson. Chron. ad A. M. 3964. & 3986.
Pope-Blount. p. 73.—75.
Crenii Animadverf. Philolog. Part. IV. c. I. §. I. p. I.—II.
Fabric. Biblioth. Latin L. I. c. XII. p. 201. feq. Tom. I. et p. 225. Tom. II.
Iac. Bruckeri Hiftor. Crit. Philofoph. Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. II. p. 71.—75. *de Philofophia Virgilii.*
Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 300.—308. Vol. II. a p. 1677.—1679. et Vol. III. p. 2132. & 2163.
Hamberger. Part. I. p. 489.—508.
Inprimis vero Vir Clariff. Eruditiffimusque *Chr. Gottl. Heynius* in *Vita Virgilii per Annos digefta*, a p. CXLII.—CLXVI. in cuius ipfius praeclarae editionis Virgilianorum carminum, Lipfiae 1767. octonis promulgari coeptorum, limine a p. XXI.—CXIV. de Codicibus *Virgilii*, five fcriptis, five typorum formula expreffis, accurate & diligenter difputatum eft.
Hoc loco faltem nonnullorum animadverfiones, quas *Mifcellanearum Obfervatio-*

 num

num Sylloge continet, pro instituti mei rationibus addere & nominare liceat. Sunt autem huiusmodi:

(*Ioh. Iortini*, Collectoris Ephemeridum criticarum,) *Virgilius*, aspersis subinde *P. Burmanni* maioris,& *Iac. Phil. Dorvilii*, (hi enim latent sub literis A. & B.) castigationibus, Vol. I. Tom. I. p. 1.—23. p. 81.—84. Tom. II. p. 285.—287. Vol. III. Tom. III. p. 375. s. Vol. IV. Tom. I. p. 29. s. Tom. II. p. 197. —200. & Tom. III. p. 340.—344. item eiusdem *Virgilii Ciris*. Vol. IV. Tom. III. p. 317.—333.

D. D. (h. e. *Iosephi Wassii*) Observatio in *Virgilii* III. *Georg*. 37. cum A. h. e. *P. Burmanni* maioris glossa Vol. I. Tom. II. p. 268. —272. & Tom. III. p. 390. s. item aliae Observationes Vol. III. Tom. III. p. 309.—320.

Incerti auctoris Britanni *Observationes cum editore Anglo communicatae*, Vol. II. Tom. I. p. 85.—88. insertis B. h. e. *Iac. Phil. Dorvilii* emendationibus.

RR. Observationes in *Virgilium* Vol. II. Tom. II. p. 170. s.

ΩΩ.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C·N. circiter	A. Urbis circiter.
		ΩΩ. *Obſervationes cum editore Britanno communicatae.* Vol. IV. Tom. III. p. 378.—381. P. B. F. F. F. N. F. (qui, qvalis ſit, facile divinari poteſt,) *Epigramma emendatum ex Catalectis Pithoei* Vol. VI. Tom. II. p. 468.—472. Eodemque auctore *Quatuor verſus Aeneidi Maronianae praefixi Virgilio abiudicantur*, Vol. VI. Tom. III. p. 523.—526. *Petri Burmanni* maioris de *Editione Virgilii a Pancratio Maſvicio prodita, Admonitio.* Vol. VIII. Tom. I. p. 81.—96. et *Franc. Oudini* de *Virgiliano Culice diſceptatio*, legitur in *Miſcell. Obſerv. Novis*, Tom. IV. p. 307.—316.		
3974.	CLXXXVII:2.	C. IVLIVS CAESAR OCTAVIANVS, *Auguſtus.* Hoc anno, victo *Antonio*, ſolus civitatem Romanam rexit, Princeps eruditus. cuius tamen ſaeculi elegantiam nimii ſunt, qui eius imperii, neſcio cui, felicitati magis, quam ſuperſtiti Ciceronianae aetatis diſciplinae & iudicio debent. Nat. Olymp. CLXXIX: 2. Vrb. 691. = Θ. Olymp. CXCVIII.	29.	723.

CXCVIII: 2. Vrb. 767. ſive vulgaris Aerae Chriſtianae XV.
Scriptorum eius meminit *Sveton.* in *Aug.* 85.

vid. *Voſſius* de *Hiſtor. Latin.* L. I. c. XVIII. p. 79. & de *Poët. Graec.* c. VIII. p. 70.
Fabric. Bibl. Lat. L. IV. c. V. p. 748. Tom. I. & p. 566. Tom. III. item Eiusdem *Imperatoris Caeſaris Auguſti Temporum notatio, Genus & Scriptorum fragmenta, Hamburg.* 1727. 4.
Addatur *Iacob. de Rhoer*, V. Cl. *Diſſertatio Philologica de ſtudiis Literariis Caeſaris Auguſti*, Groningae 1770. 4.

. . . . | . . . . . | C. CILNIVS MAECENAS, Eques Romanus, & Octaviani Caeſaris amicus, optimorum ingeniorum fautor. Θ. Olymp. CXCIII: 1. Vrb. 746. | . . . . | . . .

vid. *Voſſ.* de *Poët. Lat.* c. 2. p. 26.
Simſon. Chron. ad A. M. 3997.
Fabric. Bibl. Lat. Tom. III. in Indice, voc. *Maecenas.*
Franc. Dionyſ. Camuſatus ad *Alphonſi Ciacconii Bibliothecam*, voc. *Maecenas* p. 915.
De

De eius Philosophia *Iac. Bruckerus* in *Histor. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. VII. p. 83.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1412. s.

. . . .	. . . . .	His annorum finibus maxime videtur clarus fuisse M. VITRVVIVS POLLIO, Architectonices magister, argum. Praefat. eius Libri I.	. . .	. . .

vid. *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. XLVIII. p. 292.
Pope - Blount. p. 78.—80.
Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. XVII. p. 287. Tom. I. & p. 391. Tom. II.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 325. & Vol. II. p. 1680.
Hamberger. Part. I. p. 523. —527.
Praestantissimus *Vitruvii* Codex manu exaratus in Franecquerana Bibliotheca extat, cuius sola vnius ope corrupta aliquot loca emendauit & restituit Cel. *Petr. Wesselingius* in *Observationum Variarum* libris Amstel. 1727. 8. L. I. c. XVI. p. 56. c. XVIII. p. 67. 68. 87. & frequenter alicubi.

Pulchram *Io. Poleni*, insignis Mathematici, & Philologi apud Patavinos, editionem futuram fuisse, si lucem vidisset, *Exercitationes* eius *Vitruvianae* Primae & Secundae Patavii, 1739. fol. euulgatae nobis persuadent. Primas occupat solus *Io. Poleni Commentarius Criticus de M. Vitruvii Pollionis editionibus & Editoribus*. Secundis vero continetur *Baptistae Morgagni Epistola de quodam Vitruvii loco ad rem Medicam attinente: Bernardini Baldi vita Vitruvii cum annotationibus Ioann. Poleni*; & *Anonymi Scriptoris compendium Architecturae Vitruvii cum annotationibus* eiusdem *Io. Poleni.*

. . . | . . . . | Circa eumdem fortassis annum clarus fuisse videtur IVBA, *Iubae*, regis Numidiae filius, qui a. Vrb. 708. admodum puer a *Iulio Caesare* in triumpho ductus, postea in Italia mansit, ab Octaviano Caesare Mauretaniae regno donatus, (teste *Dione Cassio* LIII. p. 514. D.) pater *Ptolemaei*; *studiorum claritate memorabilior, quam regno*, secundum *Plinium* V. *Hist. Nat.* c. 1. | . . . | . . .

Ima-

Imaginem eius ex numo argenteo dedit *Fulv. Vrsinus* in *Imagg.* tab. 78.

Tabulae marmoreae titulum, quem Carthagine nova in Conteſtanis vidit, & exſcripſit *Abrab. de Bibran*, Eqv. Sileſius, communicavitque cum Lipſio, (v. *Syllog. Epiſtol. Burmann.* Tom. II. p. 145) item, e ſchedis *Peireſcianis Sponius*, IV. Miſcell. p. 145. e ſchedis Lindenbrogianis *Reineſius*, III. 70. e ſchedis vero P. *Ximenes Thom. Shawius*, in *Itineris* ſui Supplemento p. 59. vulgarunt, eum non iniuria dubiae fidei & antiquitatis eſſe ſuſpicatur *Muratorius* MDCCCI. in princ. Ceterum de hoc *Iuba*, doctiſſimo rege,

vid. *Voſſ.* II. de *Hiſtor. Graec.* c. IV. p. 141. & de *Poët. Graec.* c. IX. p. 71.

Petr. Needhamus in Prolegomenis ad Geoponica, p. XII. voc. *Juba.*

Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. XXIV. p. 601. Vol. II. et qui laudantur a

Petr. Burmanno ad *Syllog. Epiſtol.* T. II. p. 145.

Addantur:

Recherches ſur la Vie et ſur les Ouvrages de Juba le Jeune, Roi de Mauritanie, par Mr.

 l'Ab

A. U. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		l'Abbé *Sevin.* (*Memoires de l'Academie des Belles Lettres* Tom. VI. p. 144. ed. *Bat.*)		
....	.....	Neque ab his temporibus ſecerni debet DIDYMVS, Alexandrinus, cognomine Χαλκέντερος, Grammaticus. vid. *Voſſ.* I. de *Hiſt. Graec.* c. XXIV. p. 126. ſ. *Ionſius* L. III. c. II. §. 5. p. 9. ſ. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. III. p. 285. Vol. I. & L. V. c. VII. p. 56. Vol. VII. *Hamberger.* Part. I. p. 570.	...	...
....	.....	Vti etiam nulli aptius, quam huic loco convenire poſſit CONON, Hiſtoricus & Grammaticus, haudquaquam miſcendus cum longe antiquiori *Conone*, Mathematico, Ptolemaei Euergetae aſſentatore. Archelaus qvippe, Cappadociae rex, partes Antonii ſecutus interfuit proelio Actiaco, ad quem *Conon* narrationes de rebus Mythicis ſcripſit. vid. *Voſſ.* I. de *Hiſtor. Graec.* c. XXIV. p. 127. *Fabric.*	...	...

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter.
		Fabric. Bibl. Graec. L. V. c. XXXVIII. p. 438. Vol. IX. *Catal. Bibliotb. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 154. *Hamberger.* Part. I. p. 565.		
....	.....	An horum temporum MEMNON, rerum Heracleae Ponticae scriptor prudens & elegans esse possit, non ausim definire. Argumentum celebritatis eius principe *Octaviano Caesare*, s. *Augusto* a *G. J. Vossio* II. *Histor. Graec.* c. V. p. 147. inde sumtum, quod in morte *Bithagorae*, Heracliensium legati, ad *Jul. Caesarem* missi, desierit, non omni exceptione maius est, quandoquidem aliae subesse potuerunt causae, cur res patrias vlterius persequi aut nollet, aut non posset. vid. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XXXVIII. ad *Photii Codicem* CCXXIV. p. 475. Vol. IX.	...	...
3975.	CLXXXVII. 3.	CORNELIVS GALLVS, Foroiuliensis, primus eo anno Aegypti Praefectus Augustalis, Orator, et Poëta.	28.	724.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Θ. Olymp. CLXXXVIII: 3. Vrb. 728. Imaginem eius iactat numus quidam recentioris fabricae in *Museo Mazzuchelliano*, Venet. 1761. fol. Tom. I. Tab. III. n. IX. vid. *Vossius* de *Poët. Latin.* c. II. p. 25. f. *Simson. Chron.* ad A. M. 3975. & 3979. *Fabric. Biblioth. Latin.* L. I. c. XIV. p. 251. Tom. I. & p. 346. Tom. II. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 415. f. *Hamberger* Part. I. p. 508. *Io. Baptista Morgagnus* in *Opusculis Miscellaneis* Part. III. Epist. X. XI. & Editor *Anthologiae Latinae*, cum in Praefat. p. XIII. tum ad L. II. Epigr. CLXXVI. p. 353. Tom. I.		
....	.....	PARTHENIVS, *Nicaenus*, Eroticorum Scriptor, ideo huic tempori alligatur, quod librum suum *Cornelio Gallo* inscripsit, quamquam scio, etiam antiquiorem ipso Virgilio locum obtinere potuisse. vid. *Voss.* II. *de Hist. Graec.* c. 1. p. 129. 130. & de *Poët. Graecis.* c. VIII. p. 70. *Fabric.*	...	...

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C N. circiter	A. Urbis circiter
		Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. XXVII. p. 675. seq. Vol. II.		
		Hamberger. Part. I. p. 565. f.		
3977.	CLXXXVIII: 1.	M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS, orator et Historicus.	26.	726.
		Eo anno triumphum de Aquitanis egit, docente id nos *Scaligero* ad *Tibull.* I. El. VII. 4.		
		vid. *Voss.* I. de *Hist. Latin.* c. XVIII. p. 81. f.		
		Simson. Chron. ad A. M. 3977.		
		Fabric. Bibl. Lat. L. IV. c. IV. p. 739. Tom. I. & p. 553. Tom. III.		
		Epicrisis mea in *Miscell. Lips. Nov.* Vol. III. Part. II. p. 285. 286.		
		Catal. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 416.		
		Hamberger. Part. I. p. 535. 536.		
. . . .	. . . . .	ALBIVS TIBVLLVS, Eques Romanus, Poëta. Comes fuit *Valerii Messallae* in expeditione Aquitanica. Nat. Olymp. CLXXXIV: 2. Vrb. 711. = Θ. Olymp. CXC. 2. Vrb. 735.	. . .	. . .
		Simson. Chron. ad A. M. 3977.		
		Pope - Blount. p. 83.—85.		
		Fabric.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. XIV. p. 256. Tom. I. & p. 349. Tom. II. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 316. et Vol. II. p. 1652. f. *Hamberger.* Part. I. p. 536. —540.		
3979.	CLXXXVIII: 3.	AEMILIVS MACER, Veronensis, physici & medici argumenti carminum Scriptor. Θ. Olymp. CXC: 4. Vrb. 737. vid. *Voss.* I. de *Hist. Lat.* c. XVI. p. 74. & de *Poët. Latin.* c. II. p. 28. *Crenii Animadvers. Philolog.* Part. VII. c. II. §. V. p. 112. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. XII. p. 868. Tom. I. & p. 879 Tom. III. it. *Bibl. Graec.* L. VI. c. IX. p. 36. Vol. XIII. *Catal. Bibliotb. Bunav.* Tom. I. Vol I. p. 416. *Hamberger* Part. I. p. 567.	24.	728.
....	.....	SEXT. AVRELIVS PROPERTIVS, Vmber, cuius oppidi, incertum, Poëta, ante *Ovidium* poni debet, argum. *Ovidii* II. *Trist.* 463.—467. & IV. *Trist.* El. X. 53. f. Θ.	...	...

Θ. Olymp. CXCI: 2. Vrb. 739. vid. *Masson.* in vita *Ovidii* ad a. Vrb. 739. §. V. p. 64. T. IV. *Ovid. Burm.*
vid. *Vossius* de *Poët. Latin.* c. II. p. 31.
Pope-Blount. Cens. p. 82. f.
Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. XIV. p. 257. Tom. I. & p. 352. Tom. II.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 316. Vol. II. p. 1533. et Vol. III. p. 2132.
Hamberger. Part. I. p. 540. —544.
Miscellaneae quoque *Observationes* hic in Batavis euulgatae varias in *Propertium* animadversiones complectuntur, tanqvam *Iob. Iortinii Propertium*, insertis A. et B. h. e. *Burmanni* et *Dorvilii* censuris, Vol. II. Tom. I. p. 98.—117. tum cultissimas B. h. e. Cel. *Iac. Philippi Dorvilii* in *Propertium Animadversiones*, Vol. I. T. I. p. 131. —136. Tom. II. p. 291. 292. & Tom. III. p. 429. —436. Vol. III. Tom. III. p. 433.—439. Vol. V. Tom. I. p. 113.—129. Tom. II. p. 297.—308. & Tom. III. p. 1.—27. & tandem (P. B. F. F. F. N. F.) *Propertii locum tentatum*, Vol. VI. T. II. p. 465.

Aa AN-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
3982.	CLXXXIX: 2.	ANTONIVS MVSA, Archiater Octaviani Caesaris. Eo anno *Marcellum*, *Octaviae*, Filium, Ψυχρολουσίαις et Ψυχροποσίαις, cum curare vellet, occidisse dicitur. arg. *Dion. Cassii* LIII. p. 517. C. D. vid. *Voss.* de *Philosophia*, c. XII. §. I. p. 94., qui *Artorium Musam* vocat, commiscetque adeo *M. Artorium*, & *Antonium Musam*, qui diversi. v. *Caroli Patini Commentarius* in *antiquum Artorii Monumentum*, p. m. 434. & 438. f. Cf. quoque *Cuperus*, & *Nic. Heinsius*, in mutuis *Epistolis. Syllog. Epist. Burm.* T. II. p. 724. 725. *Simson. Chron.* ad A. M. 3982. *Fabric. Bibl. Graec.* L. VI. c. IX. p. 65. seq. p. 86. & 343. Vol. XIII. it. *Bibl. Latin.* L. III. c. II. p. 524. Not. Tom. I. *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 416. & Vol. II. p. 1460. *Hamberger.* Part. I. p. 568.	21.	731.
3988.	CXC: 4.	Q. HORATIVS FLACCVS, Venusinus, Lyricus, et Satiricus Poëta. Emi-	15.	737.

Eminuit hoc anno, inprimis eius nomen, quod ludos saeculares carmine celebravit, quamqvam antea iam clarus fuit. Nat. Olymp. CLXXVIII: 4. Vrb. 689. = Θ. Olymp. CXCIII: 1. Vrb. 746.

Iconem eius secundum alios rursus describendam curauit *Gronovius*, *Thesaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. fff. vide tamen de eius vultu, in numis & gemmis obvio, *Klotzium* in *Vindiciis Horatii* p. 33. 49. et 50.

Plura de eo dabunt *Voss.* de *Poët. Latin.* c. II. p. 28. f.

Simson. Chron. ad A. M. 3940. 3988. & 3997.

Pope-Blount. p. 75.—77.

Crenii Animadvers. Philolog. & Histor. Part. II. c. I. §. III. p. 10.—12.

Fabric. Bibl. Lat. L. I. c. XIII. p. 233. Tom. I. & p. 310. Tom. II.

Iac. Bruckeri Histor. Philos. Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. III. p. 75.—77. & in Appendice, s. Volumine VI. p. 351. de *Philosophia Horatii.*

Angel. Maria Card. *Qvirinius*, in *Brixiana Literatura*, Part. I. p. 78.—89. de nonnul-

lis antiquioribus editionibus. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 308.—315. Vol. II. p. 1336. 1337. & Vol. III. p. 2133. *Hamberger.* Part. I. p. 510. —523.

RR. incerti hominis Britanni *Obſervationes in Horatii Sermones*, adſperſis A. h. e. *Petr. Burmanni* maioris, Caſtigationibus, in *Miſcellan. Obſervationibus*, Vol. II. Tom. I. p. 88.—92.

T. T. R. R. itidem incerti hominis Britanni, in *Horatii Epodon Librum*, addita A. gloſſa, ibid. Vol. II. Tom. III. p. 381. ſ.

ΩΩ. Obſervatio in odas, ibid. Vol. IV. Tom. III. p. 381.

I. Eirenaei, (fortaſſis *I. F. Reitzii*,) *Apologia pro Horatio*, ibid. Vol. VIII. Tom. II. p. 179.—200. tandem *Iacobi Palmerii a Grentemeſnil*, *Quaeſtio Geographica quaenam fuerint*, & *vbi*, *Thebae Echioniae* ad *Horat.* IV. od. IV. 64. cum Supplemento adnotationum B. (h. e. *Iac. Phil. Dorvilii*,) ibid. Vol. IX. Tom. III. p. 447.—464.

Quarum olim *Vindiciarum Horatianarum* in calce *Vindiciarum Virgilianarum* Lipſiae 1734. 4. p. 56. nomen

men feceram, id ipſum pro me tranſmiſſis ad eum copiolis meis, vltro tamen, & cumulatiſſime diſpunxit Cl. *Chriſti. Adolph. Klotzius*, in *Vindiciis Q. Horatii Flacci*, Bremae 1764. 8. de quibus ipſe in *Actis Liter.* Vol. I. Part. IV. p. 416. eaſdemque poſtea locupletius ſub alio *Lectionum Venuſinarum* titulo, typis Lipſienſibus repeti iuſſit, 1770. 8. v. *Act. Erud. Lipſ.* 1770. *Septembr.* p. 410. ſeq.

Additamenta ad Q. Horatii Flacci Carmina collatione Scriptorum Graecorum illuſtrata dedit *Henr. Wagnerus*, Halae Magdeb. 1771. 8.

Duorum vero *Horatii* Grammaticorum veterum: HELENII ACRONIS, et POMPONII PORPHYRIONIS, aetatem quis in tanta aut nominum obſcuritate, dubiaque fide, aut indiciorum temporis penuria definire auſit?

vid. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. XIII. p. 237. (Not. g. h.) & p. 394. Not. f. Tom. I.

. . . . | . . . . . | M. VERRIVS FLACCVS, Grammaticus, praeceptor *Caii* & *Lucii* Caeſarum. | . . . | . . .

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Eſt is annus adoptionis illorum Caesarum.		
		vid. *Voſſ.* I. de *Hiſt. Lat.* c. XX. p. 94. ſ. *Fabric. Bibliotb. Latin.* L. IV. c. V. p. 747. it. L. IV. c. VI. p. 763. Tom. I. & p. 785. Tom. III. *Hamberger* Part. I. p. 569. 570.		
....	.....	FASTI CAPITOLINI.	...	...
		Fabric. Bibl. Latin. L. IV. c. V. p. 746. & p. 763. Tom. I. it. p. 565. Tom. III. Epicriſis mea *Anti-Belleforti-ana* in *Miſcell. Lipſienſ. Nov.* Vol. II. Part. IV. p. 642. ſ.		
3990.	CXCI: 2.	P. OVIDIVS NASO, Sulmonenſis, poëta.	13.	739.
		Hoc anno libros Amorum edidiſſe videtur, iudice & ratiocinatore *Ioh. Maſſono,* in eius *vita*, ad hunc A. p. 62. Tom. IV. *Ovid. Burm.* Nat. Olymp. CLXXXIV: 2. Vrb. 711. = Θ. in exilio Olymp. CXCIX: 1. Vrb. 770. Dom. XVIII. Imaginem, ſi diis placet, *Ovidii*, quae potius *Veidii Pollionis* fuiſſe videtur, iudice *Io.*		

A. O C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C N. circiter	A. Urbis circiter.
		Io. Massono, in Dissertatione *de antiquo Veidii Pollionis numo*, (Tom. IV. *Ovid. Burmann*. p. 122.) secundum alios, ut solet, repetiit *Gronovius*, *Thesaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. ttt. Inspice, si tanti est, *Orationem* meam *pro Antiquitatis Scientia*, p. 64. 65. et *Klotzii Vindicias Horatii p.* 40. vid. *Voss.* de *Poët. Latin.* c. II. p. 29. s.		
		Pope-Blount. p. 85.—88.		
		Crenii Animadvers. Philolog. Part. VIII. c. I. §. I. p. 2. seq.		
		Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. XV. p. 260. Tom. I. & p. 355. Tom. II.		
		Iac. Brucker. Histor. Crit. Philos. Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. IV. p. 77. s. de Philosophia *Ovidii.*		
		Catal. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 316.—323. Vol. II. p. 1483. 1484. et Vol. III. p. 2133. & 2161.		
		Hamberger Part. I. p. 544.—554.		
		De antiquioribus quibusdam *Ovidii* Editoribus in consilium vocandus erit *Angel. Maria* Cardin. *Quirinius* in Brixiana Literatura, Part. I. p. 90.—113.		
		In *Miscellaneis Observationibus* apud		

apud Batavos vel repetitis, vel amplificatis haec leguntur:

Ioh. Iortinii Ovidius, ex Burmanni editione, interiectis saepe A. i. e. *P. Burmanni* maioris, castigationibus, Vol. II. T. I. p. 21.—53.

G. S. Observationes in Ovidium, & quidem in Epistolas Heroidum, Vol. V. Tom. III. p. 73.—75. Vol. VI. Tom. I. p. 195.—198. ib. Tom. II. p. 412.—416. Tom. III. p. 531.—535. Vol. VII. T. II. p. 287.—292. & Tom. III. p. 461.—464.

In *Miscellaneis* porro *Lipsiensibus Novis:*

Frid. Otton. Menckenii duorum Ovidii locorum emendatio tentata, Vol. IV. P. III. p. 527.—551. item: *Ad duo loca Ovidii Animadversiones Criticae*, Vol. IV. Part. IV. p. 726.—749. et *Christo. Aug. Heumanni Epistola Critica de locis aliquot Ovidii, et Valerii Maximi*, Vol. V. P. II. p. 328.—334.

Ceterum verae Praefationis, quam Cel. *Petr. Burmannus Ovidio* suo destinaverat, iacturam fecissemus, quoniam in edita olim, *rixis*, ait, *et iurgiis molestis, quae hic*

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C. N. circiter	A. Urbis circiter.
		hic longa enarrare oratione prohibeor, *vexatus*; nisi quindecim post eius mortem annis, adeoque 1756. nonnemo extitisset, qui singularibus eam chartis sub hac tituli formula promulgandam iudicasset: *Petri Burmanni Praefatio ad Ovidii Editionem maiorem excusam Amstelaedami, A.* CIↃIↃCCXXVII. *IV. Voll. in* 4°. *nunc primum edita.* Quaternis. Neque praeterire possum, causam, quare *Ovidius* in exilium actus fuerit, *Ioh. Hildebr. Withofium* ex instituto indagasse, et in *Relationibus Duisburgensibus* 1751. n. IV.—IX. et n. XIX. XX. explicuisse dici a *Joh. Gottl. Leidenfrostio*, in *Oratione Funebri* in *Io. Hildebr. Withofium*, *Duisburgi ad Rhen.* 1769. 4. p. 40. f.		
....	.....	P. CORNELIVS SEVERVS, Poëta, Ovidii aequalis, ad quem est *Ovidii* IV. ex *Ponto* Epistola II. vid. *Vossius* de *Poët. Latin.* c. II. p. 33. f. & I. de *Histor. Latin.* c. XXI. p. 97. f. *Fabric. Bibl. Lat.* L. I. c. XII. p. 222 Tom. I.	...	...

Bb Ca-

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C.N circiter	A. Urbis circiter
		Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 323. & Vol. II. p. 1007. *Hamberger.* Part. I. p. 558. Fragmentum *Cornelii Severi* de *Cicerone* emendatur in *Miscell. Observ.* Vol. VI. Tom. III. p. 526.—530. quod ipsum carmen exhibet *Anthologia Latina*, L. II. Epigr. CLV. p. 334.—339. Tom. I.		
....	.....	AVLVS SABINVS. Poëta. Cuius sub nomine tres habemus Epistolas *Ovidianis Heroidum Epistolis* respondentes, & forte etiam alias ex Epistolis Heroidum *Ovidii*. Incertae fidei imaginem nobis obtulit *Henr. Spoor*, in *Favissis vtriusque Antiquitatis*, quam vnde acceperit ille imaginum non satis prudens consarcinator, nescio. vid. *Voss.* de *Poët. Latin.* c. II. p. 32. 33. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. XV. p. 263. Tom. I. *Io. Masson. Vita Ovidii* ad a. Vrb. 739. p. m. 96. *Hamberger.* Part. I. p. 554. f.	....	...
....	.....	GRATIVS FALISCVS, Poëta, aequalis *Ovidii*, cuius *Ovidius* meminit IV. ex *Ponto*	....	...

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		Ponto Ep. XVI. 34.		
		vid. *Voss.* de *Poët. Lat.* c. II. p. 32. *Pope-Blount.* p. 88.—90. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. XVI. p. 283. Tom. I. & p. 388. Tom. II. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 324. *Hamberger.* Part. I. p. 556. —558.		
3996.	CXCII: 4.	DIONYSIVS, *Halicarnasseus,* Rhetor, & Historicus. Si circa Olymp. CLXXXVII. 2. h. e. Vrbis 723. Romam venit, ibique per XXII. annos ante commoratus est, quam Historiam Romanam scriberet, atq. Praefat. *Archaeolog.* p. 6. sequitur, vt hic annus nominis eius maxime florentis index sit.	7.	745.
		vid. *Voss.* II. *de Hist. Graec.* c. III. p. 135.—137. *Simson. Chron.* ad A. M. 3975. *Pope-Blount.* p. 80.—82. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XXXII. p. 779. Vol. II. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 151. 152. Vol. II. p. 1205. s.		

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A Urbis circiter
		Hamberger. Part. I. p. 575.—579.		
		Iac. Vptoni editio libri Dionysiani περὶ συνθέσεως ὀνομάτων tertium, emendatiusque prodiit Londini 1748. 8. mai. v. *Act. Erud. Lipf.* 1754. Febr. p. 57. feq.		
....	....	T. LIVIVS, *Patavinus*, cultiſſimus, vberrimuſque rerum Romanarum Scriptor. Nat. Olymp. CLXXX: 2. Vrb. 695 = Θ. Vrb. 770. Aerae vulgar. Chriſt. XVIII. v. *Hieronym.* in *Chron. Euſebiano*, p. 157.	...	...
		Annus in margine notatus eſt fatalis *Druſi Neronis*, *Tiberii* fratris, in cuius rebus Hiſtoria *Livii* deſiit. Alioquin citius ſcribere coepit arg. L. I. c. 19.		
		Imago, qvae paſſim nomen huius *Livii* praefert, nec a paucis, tamqvam *Gronovio*, *Theſaur. Antiqv. Graec.* Vol. III. tab. vvv. edita eſt, ipſo etiam *Gronovio* iudice, ad eum male referri ſolet.		
		vid. *Voſſ.* I. de *Hiſtor. Latin.* c. XIX. p. 85—88.		
		Pope-Blount. p. 91.—94.		
		Crenii Animadverſ. Philolog. Part. VIII. c. I. §. VIII. p. 30. ſeq.		

Fa-

Fabric. Biblioth. Latin. L. I. c. XI. p. 177. Tom. I. & p. 204. Tom. II.
Iac. Brucker. in *Hist. Crit. Philos.* Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. VI. p. 81. pauca de eius Philosophia.
Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 296.—300. Vol. II. p. 1396. 1397.
Hamberger. Part. I. p. 527.—535.
Silentio ab his praeteritae sunt cum *Matthaei Klockii Observationes* in *Livium* in *Syll. Burm. Epistol.* T. I. p. 389.—397. tum *Ioh. Buberii* Disputatio de *Patavinitate Livii*, in *Oudini Variis*, *Miscell. Observ. Nov.* T. V. p. 433. item editio *Bennon. Casp. Haurisii*, qui Tomo I. *Scriptorum Historiae Romanae*, *Livium*, numis, aliisque veterum monumentis vtcunque illustratum dedit, Heidelbergae 1743. f. fol.
Nuper etiam accessit editio *Cl. Aug. Guil. Ernesti*, Glossario Liviano dotata, Lipsiae 1769. 8. tribus Codicibus.
Io. Gerhardi Schelleri Specimen Animadversionum Criticarum in T. Livii quatuor priores Libros Lubbenae editum 1769. 4. laudavit

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		C. A. Klotzius in *Act. Lit.* Vol. V. Part. IV. p. 449.		
. . .	. . . . .	C. PEDO ALBINOVANVS, distinguendus ab *Albinovano*, cuius meminit *Horat.* I. Epist. IX. *Consolationis ad Liviam Augustam de morte Drusi* auctor. Vnde anni, quem occupat, ratio redditur. vid. *Voss.* de *Poët. Latin.* c. II. p. 32. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. XII. p. 225. Tom. I. et p. 302. Tom. II. *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 323. *Hamberger.* Part. I. p. 555. s.	. . .	. . .
. . .	. . . . .	TROGVS POMPEIVS, an horum videtur esse annorum? arg. *Iustini* eius Epitomatoris XLIII. c. 5. vid. *Voss.* I. de *Histor. Latin.* c. XIX. p. 88. 89. *Fabric. Bibl. Latin.* L. III. c. III. p. 529. 530. Tom. I.	. . .	. . .
3997.	CXCIII: I.	DIODORVS SICVLVS, Historicus. Citius quidem nominis eius celebritatem ad Olymp. CLXXXII: 4. Vrb. 705. indicavit *Hieronymus* in *Chron.*	6.	746.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C.N. circiter	A. Urbis circiter
		Chron. Eusebiano p. 152. Sed alia subest ratio bissexti Romani, cur magnus *Scaliger* ad *Euseb.* p. 156. eumdem Scriptorem paulo serius nominandum esse putaret. vid. *Voss.* II. de *Hist. Graec.* c. II. p. 132.—135. *Pope - Blount* p. 62.—64. *Fabric. Bibl. Graec.* L. I. c. XXXI. p. 769. Vol. II. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 148.—150. Vol. II. p. 1203. & Vol. III. p. 2129. *Hamberger.* Part. I. p. 571.—574.		
....	.....	C. IVLIVS HYGINVS, cognomine *Polybistor*, Praefectus Bibliothecae Palatinae. v. *Sueton.* in *illustrib. Grammaticis* c. 20. & *Hieron.* in *Chron. Euseb.* ad Olymp. CXCIII. p. 156. An idem sit, qui HYGINVS, *Mythographus*, nec exploratum, nec valde credibile esse videtur. Saltem longe diversus est ab HYGINO, *Gromatico*, qui circa *Traiani* & *Adriani* tempora vixisse creditur, iudice nobilium hominum eruditissimo *Radb. Herm. Schelio*, in Prolegomenis ad *Polybii* & *Hygini* castra lit. d. 3. De *Hygino Mythographo*, vid. *Voss.* de *Scientiis Mathem.* c.	....	...

A.O.C. circiter	A. Olymp. circiter.	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		c. XXXIV. §. 8. p. 170. et de *Hiſtor Lat.* L. I. c. XX p. 92 93. *Pope Blount* p. 90 91. *Fabric. Bibl. Latin.* L. II. c. I. p. 303. ſ. Tom. I. & p. 416. Tom. II. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 327. Vol. II. p. 1345. ſ. & Vol. III. p. 2133. *Hamberger* Part. I. p. 559. —563. Huius *Hygini* Mythici non vnum locum emendavit & illuſtravit doctiſſ. *Auguſtin. van Staveren* in *Otiis* ſuis (*Miſcell. Obſervat.* Vol. X. Tom. I. p. 97.—107. et Tom. II. p. 296—310.) item in *Emendationum Continuatione* (*Miſcell. Obſervat.* Vol. X. Tom. III. p. 377.—402) nec non in *Feriis*, qvae in *Miſcellaneis Obſervationibus Novis*, Tomo VII. & VIII. leguntur. De *Hygino*, *Gromatico*, idem *Voſſ.* de *Hiſt. Lat.* L. I. c. XX. p 93. *Fabric. Bibl. Latin.* L. III. c. XII. p. 617. & L. IV. c. II. p. 853. ſ. Tom. I. it. p. 857. Tom. III.		
3998.	CXCIII: 2.	NICOLAVS, DAMASCENVS, Philoſophus Peripateticus, Hiſtoricus, Orator, et Poëta. Hoc anno ora-	5.	747.

A. O. C. circiter	A. Olymp. circiter	PARS PRIMA.	A. ante C. N. circiter	A. Urbis circiter
		orator missus est ab *Herode* ad *Octavianum* Caesarem.		
		vid. *Voss.* II. *de Hist. Graec.* c. IV. p. 142. s. & de *Poët. Graec.* c. IX. p. 71. *Simson. Chron.* ad A. M. 3998. *Ionsius* L. III. c. II. §. 6. p. 10. 11. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XI. p. 306. Vol. II. et L. V. c. XXXVIII. p. 440. Vol. IX. *Iac. Bruckeri Hist. Crit. Philos.* Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. V. de Secta Peripatetica §. VI. p. 469.—473. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1470. *Hamberger.* Part. I. p. 579. s.		



Cc DIO.

SAECULI I. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
Octaviano Caesare f. *Augusto.* Θ. 14.	3.	DIONYSIVS, Characenus, *PERIEGETES*, his forte temporibus non recentior.
		vid. *Voss.* II. *de Histor. Graec.* c. III. p. 137.—140. & de *Poëtis Graecis*, p. 72. f.
		Henr. Dodwelli dissertatio de *aetate & patria Dionysii Periegetae* in limine Tom. IV. *Geographorum Minorum Ioh. Hudsoni*, Oxonii 1712. 8.
		Fabric. Bibl. Graec. L. IV. c. II. p. 21. Vol. III.
		Catal. Bunav. Bibl. Tom. I. Vol. I. p. 154.
		Hamberger. Part. I. p. 589.—592.
	6.	M. ANTISTIVS LABEO, } ICti celeberrimi. C. ATEIVS CAPITO, }
		Est is annus suffecti consulatus *Ateii Capitonis*.
		vid. *Voss.* I. de *Histor. Latin.* XXI. p. 96.
		Fabric. Bibl. Latin. L. IV. c. IX. p. 814. Tom. I. & p. 791. 806.
		Heineccii Histor. Iur. L. I. c. IV. §. CLXXIX.—CLXXXIII. it. §. CXCIV. CXCV.
		Bachii Histor. Iurispr. Rom. L. III. c. I. §. X. XI.
		Catal. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1373.
		Inprimis vero iucundissimi quondam Auditoris mei, nunc viri Amplissimi, *Adrian. Nicol. Molleri*, *Selecta quaedam Iuris*, Trai. Rh. 1763. 4.
		E Labeonis ingenii monumentis non pauca in Digestis Fragmenta laudantur (v. *Iuris-*

risprudentia Restituta Cl. Wielingii p. 84.—95.) E. *Capitonis* vero libris ne vnicum quidem superest.

8. M. MANILIVS, Romanus, Philosophus, & Carminis Astronomici auctor.

vid. *Voss.* de *Poët. Latin.* c. II. p. 36.
Pope - Blount p. 77. s.
Crenii Animadvers. Philolog. Part. XII. c. I. §. I. p. 3. seq.
Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. XVIII. p. 292. Tom. I. et p. 409. Tom. II.
Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos. Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. V. p. 78.—80.
Iul. Pontedera in *Antiquitatum Latinarum & Graecarum Enarrationibus*, Patavii 1740. 4. Epist. XVIII. p. 193.—199. de *Manilii Astronomia eiusque anno coelesti.*
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 326. & Vol. II. p. 1419.
Hamberger Part. I. p. 581.—584. addantur primum A. (h. e. *Petri Burmanni* maioris) *Observationes ad quaedam Manilii loca in Observat. Miscell.* Vol. I. Tom. I. p. 85.—106. et *Ioh. Iortini* Editoris Britanni, *Manilius*, ibidem Vol. IV. Tom. III. p. 362. 363. tum
M. Manilii Astronomicon ex recensione Richard. Bentleii cum selectis Variorum & propriis notis cura M. Eliae Stoeberi, *Argentorati*, 1767. 8. v. *Act. Erud. Lips.* 1768. *Januar.* p. 6. seq.

Tiberio. I. 14.=37. | . . . | CAESAR GERMANICVS, variorum Carminum auctor, inprimis *Arati Phae-*

 no-

nomenorum haud infelix interpres. *Barthio* XLVII. *Adverſ.* 18. & ad *Claudian.* IV. *Conſul. Honor.* 7. vocatur *compoſitus & candidus interpres, nec tamen eloquens.* Annus, in margine notatus, eſt primi eius Conſulatus, collega *C. Fonteio Capitone.*

vid. *Voſſ.* de *Poët. Latin.* c. 2. p. 38. quamquam alio loco ibid. c. III. p. 48. et de *Scient. Mathem.* c. XXXIV. p. 169. §. 5. Arateorum interpretationem non ad hunc *Caeſarem Germanicum*, ſed ad *Domitianum*, cognomine *Germanicum*, retulit, non ſatis idonea tamen ratione vſus. In *Domitiano* ſaltem ſimulatum erat poëtices ſtudium, teſte *Sveton.* in *Domit.* 2.

Inſpiciantur *Triſtanus* in *Commentariis Hiſtoricis*, Tom. I. p. 320.

Fabric. Bibl. Latin. L. I. c. XIX. p. 298. Tom. I. & p. 412. Tom. II.

Petr. Burmannus, maior, ad *Valer. Flacc.* I. Arg. 12. p. 10.

Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 327.

Hamberger. Part. I. p. 584.—586.

Arateorum eius *Scholiaſtes*, *Fulgentio Planciade* recentior eſſe videtur iudice doctiſſimo *Munckero* ad *Hygini Fab.* CLXXXIII. p. 303. n. 10. qui eum ſaepius *Fulgentii Compilatorem* vocat, velut ad *Fulgent.* I. *Mytbol.* c. XVII. p. 647. n. 9. Vel ſic tamen *Barthius* XLVII. *Adverſ.* 18. *Fulgentium* Scholiorum auctorem fuiſſe cenſet. Alii *Calpurnium Baſſum*, tamquam *Vrſinus*, etſi dubitanter, ad *Virgil.* I. *Georg.* 441. alii *Caeſium Baſſum* edunt.

v.

v. *Fabric. Bibl. Latin.* L. I. c. XIX. p. 391. Not. f. Tom. I. et *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 406.

15. *Monumentum* ANCYRANVM, ideo ſic dictum, quod templi Auguſtei veſtibulum, extra pomoerium vrbis Galatarum *Ancyrae* (hodie *Angora* ſ. *Angori*, Turcis vulgo *Engour*) adhuc ſuperſtes, ornat, Indicem rerum ab Auguſto geſtarum, ſ. Breviarium imperii continens, a non paucis viſum, a *Quinqueviris* vero praecipue, *Seviriſue*, tamqvam *Antonio Verantio*, ſ. *Wrantzio*, Dalmata, *Augerio Giſlenio Buſbequio*, *Dan. Coſſonio*, *Paulo Luca*, et *Ioſ. Pittone Turneforte* deſcriptum. De cuius marmoris hiſtoria legatur *Job. Gvil. Baieri Hiſtoria monumenti Ancyrani*, Jenae 1703. 4. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. V. p. 747. ſ. Tom. I. & p. 565. ſ. Tom. III. item in *Auguſti temporum notatione*, *Genere*, & *Scriptorum Fragmentis*, Hamburg. 1727. 4. p. 213.—218. Cf. quoque Cel. olim *P. Burmannus* maior ad *Syllog. Epiſtol.* Tom. I. p. 313.

Mihi quidem varias eius editiones ſic ordinare placet: Ab illuſtri *Augerio Buſbequio* acceptum primus luce publica donavit *Andr. Schottus* in *Scholiis* ad *Aurel. Victorem, Epitomatorem*, p. 70.—77. ed. Antwerp. 1579. 8. vnde in recentiores *Victoris* editiones; tamquam *Sam. Pitiſci*, Trai. Rh. 1696. 8 et *Arntzenianam*, Amſtel. 1733. 4. iunctis *Lipſii* & *Caſauboni* adnotationibus a p. 458.—471. profeminatum abiit. *Antonii*

 au-

autem *Verantii*, Strigonienſis Archipraeſulis exemplum ab eius nepote *Fauſto Verantio* a. 1576 habuit *Carolus Cluſius*, Atrebas, a quo viciſſim, vti etiam ante ab illuſtr. *Buſbequio*, acceptum, a. 1587. (teſte Epiſtola *Cluſii* ad *Lipſium* n. CCCIX. p. 312. & 313. *Syllog. Burm.*) *Iuſt. Lipſius* hoc ipſum in *Auctario* ad *Mart. Smetii Inſcriptiones antiqvas* ſubnotatis quibuſdam coniecturis & emendationibus a. 1588. fol. a p. 19.—22. legendum dedit: quo eodem quoque anno *Iohannes Leunclavius* idem *Pandectis Hiſtoriae Turcicae* Frf. 1588. 4. p. 205. ſeq. inferi iuſſerat. Ex illo *Iuſti Lipſii Auctario* ſumtum non modo repetiit, ſed animadverſionibus qvoque illuſtravit vir ſummus *Iſaac. Caſaubonus* ad *Svetonii* Auguſtum, Pariſ. 1596. 4. quae ratio fuit, cur deinceps in plures ſubſecutas *Suetonii* editiones, velut *Boeclerianam*, Argentor. 1647. 4. p. 334. *Graevianam*, Trai. Rh. 1672. 4. a p 79.—90. *Sam. Pitiſci*, Trai. 1690. 8. a p. 737.-752. et *Burmannianam*, Amſtelaed. 1736. 4. a p. 156.—166. conſtanter tranſmigraret, & propagaretur. Poſt *Caſauboni* ἔκδοσιν *Lipſianum* quoque exemplum ſuo *Inſcriptionum* corpori inſeruit *Gruter*. CCXXX.—CCXXXIII. tabulae cuicunque ſubſcriptis *Lipſii* conjecturis, quas altera *Gruteri* editio ad *Variorum Corrigenda & Animadvertenda* reiecit. Etſi vero mox *Ian. Rutgerſius* in *Variis Lectionibus*, L. B. 1618. 4. L. II. a p. 163.—168. ex quo fonte ſuum manare exemplum iuſſerit, non indicavit, ta-

tamen vel *Lipsio*, vel *Grutero* auctore vsus esse videtur. *Lipsium* certe secutus est *Ioachim. Oldanus*, (vulgo *Oudaan*) in *Romana Magnitudine*, cum *Dial.* V. p. m. 356. f. quaedam huius marmoris dicta vernaculo Batavorum sermone interpretaretur. Labentibus annis e *Dan. Cossonii* Schedis pluribus locis auctum, suppletum, et emendatum fuit singulari *Iac. Gronovii* industria, in *Memoria Cossoniana*, L. B. 1695. 4. cuius quidem iudiciis censurisque passim intercessit *Perizonius*, velut *de Morte Iudae*, *et verbo ἀπάγχεσθαι*, c. 10. p. 84. seq. et incertus auctor Observationum (*Remarques sur le Monument d'Ancyre*, *envoyés par un Inconnu à l'Auteur de la B. C.* h. e. Bibliotheque Choisie) Tom. VIII. Art. VII. p. 327. seq. eius ipsius tamen lectionum castigationumque maximam partem ascivit *Gruteriani* Corporis editio Amstelaedamensis. Non multo post *Paulus Lucas*, scriptor Hodoeporicus, tametsi multos veteres titulos, praesertim Graecos, monstrose descripserit, tamen huius marmoris Ancyrani non vanam habuisse rationem visus est in *Itinere Graeciae*, *Asiae minoris*, rel. *Paris.* 1712. 12. Tom. I. p. m. 393. satis inepta tamen hac Epigraphe vsus: *Inscription nommée par les Critiques Lapis Ancyranus.* Interim hoc Apographum, vt ait *Ioh. Massonus* in *Vita Ovidii*, Tomo IV. Ovidii Burmaniani locupletius edita, ad a. Urb. 743. p. 66. Not. a. *Paulus Lucas vulgavit tamquam suum, at quod habuerat Smyrnae a vidua Fabri*, *Mercatoris Galli*, qui

qui plures annos Ancyrae degerat, prout narravit Cl. V. Gul. Sherard, nuper Smyrnae pro gente Britannica Consul, quique idem Apographum aliquamdiu domi habuerat. Cf. quoque *Cuperus* in *Literis Criticis* ad *Lacrosium* p. 144. & 159. quo novissimo loco & quidem a. 1714. scribit, *Ant. Gallandum* egregio istud monumentum Commentario illustrasse, qui an vnqvam prodierit, dubito. Praeterea vti *Joseph. Pitto Turnefortis* illius Propylaei Ancyrani imaginem depingendam curavit in *Itinere* suo *Orientis*, Epistol. XXI. ad p. m. 315. Tom. III. ed. Archetypae Lugdunensis, 1727. 8. sic eodem ipso anno *Monumentum Ancyranum ad fidem vtriusque exemplaris Busbequiani & Cossoniani restitutum a Jacobo Gronovio*, cum huius selectis, & suis animadversionibus denuo recensuit *I. A. Fabricius* in *Augusti Fragmentis*, supra laudatis a p. 218.—233. Tandem vero e schedis *Turnefortianis*, contentione simul *Cossonii* & *Lucae* exemplorum facta, item *Casauboni*, *Gronovii*, & suarum inprimis copiosissimarum adnotationum luce illata longe integrius, absolutiusque suis numeris praestitit *Edm. Chishullus* in *Antiquitatibus Asiaticis Christianam Aeram antecedentibus*: *Londini*, 1728. fol. a p. 165.—207.

16. P. RVTILIVS LVPVS. Rhetor, circa hunc annum floruisse videtur, argumento eorum, quae probabiliter disputavit *David. Ruhnkenius*, vir Celeb. in Praefat. ad *Rutilium*, eius cura perpolitum,

tum, p. XV. cuius editionis talis eſt Index: *P. Rutilii Lupi de Figuris Sententiarum & Elocutionis Libri duo, recenſuit, & annotationes adiecit David Ruhnkenius. Accedunt Aquilae Romani & Julii Rufiniani de eodem argumento Libri. L. B.* 1768. 8. vid. *Acta Literaria Klotzii*, Vol. V. Part. II. n. VIII. p. 188. et *Nov. Act. Erudit.* 1769. Jun. p. 246. ſeqq.

Ceterum in conſilium quoque vocetur *Voſſius* II. de *Hiſt. Graec.* c. XIII. p. 183.

17. L. FENESTELLA, Hiſtoricus, circa hoc tempus vixiſſe & ſcripſiſſe perhibetur. argum. *Plinii* VIII. *Hiſt. Nat.* 48.

Θ. Aerae Chriſtianae XX. v. *Hieron. in Chron. Euſebiano* ad Olymp. CXCIX. p. 157.

Voſſ. I. de *Hiſtor. Latin.* XIX. p. 89. ſ.
Fabric. L. IV. *Bibl. Latin.* c. IV. p. 745. Tom. I. et p. 554. Tom. III.
Catal. Bibliotb. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 415.
Hamberger. Part. I. p. 580.

19. STRABO, Cappadox, Philoſophus, et Geographus. argumento L. IV. *Geogr.* p. 316. B. vbi tertium ſupra triceſimum annum agi ſcripſit, ex quo Norici Romanis tributum ſolverent. Devicti autem fuerunt a *Tiberio*, et *Druſo*, circa à. Vrb. 739. cui, ſi addideris triginta tres annos, exibit A. Vrb. 771. qui eſt *Tiberii* principatus quintus, vulgaris vero Aerae Chriſtianae 19. in margine notatus.

vid. *Voss.* II. *de Histor Graec.* c. VI. p. 150. seqq.
Pope - Blount p. 94.—96.
Fabric. Bibl. Graec. L. IV. c. I. p. 1. Vol. III.
Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos. Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. VI. p. 82. de eius Philosophia.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 153. 154. Vol. II. p. 1628. & Vol. III. p. 2129.
Hamberger. Part. I. p. 586.—589.
LL. TT. *Observationes in Strabonem, Diodorum, Anacreontem, Suidam,* insertis nonnullis A. & B. hoc est *Burmanni* et *Dorvilii* castigationibus in *Miscell. Observ.* Vol. II. Tom. I. p. 1.—4.
Hoc loco monere debeo, *Thom. Reinesium* in *Syntagmate Inscriptionum* ad Class. I. n. 241.—243. excitasse *Cyriaci Anconitani* Scholia Graeca in *Strabonem*, vnde *Lucam Langermannum* in gratiam suam titulos veteres Graecos descripsisse significat. Fortassis *Langermannus* eius generis Scholia apud *Franc. Iunium* inspexit, quorum Excerpta cum nonnullis Inscriptionibus servat *Bibliotheca Lugduno Batava*, v. *Catal. Bibliothec. Lugd. Batav.* in *Msptis Vossianis*, Octavo n. 7. p. 399.

29. IESVS CHRISTVS, Θεάνθρωπος, Dominus & Conservator noster. Homo natus Olymp. CXCIV: 1. vel 2. Vrbis 750. vel 751. = Θ. Olymp. CCII: 4. Vrb. 785. Chr. 32. quo eodem anno vita divinitus resumta in coe-

coelum, vnde venerat, sublimis rediit.

Annus vero vndetricesimus vel tricesimus eius baptismi et muneris auspicalis esse videtur. v. *Anton. Pagius*, in *Critica Baroniana*, illo recondito literaturae historicae Prytaneo, ad A. C. 29. n. III.—VII. p. 66.—69. et A. C. 32. n. III.—XIV. p. 159.—169. Tom. I. ed. *Lucc.*

Guil. Cavei Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria, *Oxonii*, 1740. Fol. Vol. I. p. 2.—4.

Salom. van Til Dissertatio Paradoxa Theologico-Chronologica *de anno, mense & die nati Christi*, *Phosphoro* eius *Prophetico*, L. B. 1700. 4. subiuncta.

Fabric. Bibl. Graec. L. IV. c. V. p. 168. seqq. Vol. III. & in *Codice Apocrypho Novi Testamenti*, p. 303.—386.

Iac. Bruckeri Hist. Crit. Philos. Tom. III. Period. II. Part. II. L. I. c. I. §. V. et VI. p. 247.—268. & in *Appendice* s. *Integri Operis Volum.* VI. p. 499.—501. de *Philosophia Iesu Christi*, *et eius Apostolorum.*

Hamberger. Part. II. *Lemgoviae* 1758. 8. p. 1.—6.

Ernest. Frid. Wernsdorfii Commentatio *de Originibus solemnium Natalis Christi de Festivitate Natalis invicti*, *Witeberg.* 1757. 4.

Ioh. Georg. Michaëlis Exercitatio Theologico-Critica de eo: num Christus Dominus aliquid scripserit? sin minus, quae huius rei sit ratio? et an illa scriptionis intermissio rei Christianae sit detrimento? in *Symbolarum Literariarum Bremen-*

menſium Collectione Altera n. III. p. 85.

. . . VELLEIVS PATERCVLVS, hiſtoriae Romanae auctor, ſed Auguſtae, Tiberianae domus ſervilis aſſentator. Claritatis eius annus eſt conſularis *M. Vinicii*, ad quem Hiſtoriae libros ſcripſit.

vid. *Voſſ.* I. de *Hiſt. Latin.* c. XXIV. p. 109.—111.

Pope-Blount. p. 101. ſ.

Henr. Dodwelli Annales Velleiani cum *Qvinctilianeis* et *Statianis* iunctim editi, *Oxonii*, 1698. 8.

Crenii Animadverſ. Philolog. Part. II. c. I. §. IV. p. 12. 13.

Fabric. Bibl. Latin. L. II. c. 2. p. 311. Tom. I. & p. 426. Tom. II.

Catal. Bibliotb. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 328. ſ. & Vol. II. p. 1670. ſ.

Hamberger. Part. I. p. 592.—595.

Editio *Burmaniana* cum nonnullis viri Celeb. ſecundis curis poſt eius mortem iterum lucem vidit *Lugd. Bat.* 1744. 8.

Wopkenſiana vero *Adverſaria*, *Burmanni* reſponſionem, & *Wopkenſii Vindicias* indicare prohibet *Catalogi Bunaviani* accuratio.

Tandem *Velleii*, quae ſuperſunt, recenſuit, & Commentario perpetuo illuſtravit *Job. Frider. Gruner*, Coburgi, 1762. octonis, laudatus in *Nov. Act. Erudit.* 1762. Mart. Part. II. a p. 81. ſeqq.

. . . C. CASSIVS LONGINVS, eius anni cum *M. Vinicio Quartino*, vel, vt alii

alii suspicantur, *Surdino*, Consul, et Ictus.

vid. *Heineccii Histor. Iur.* L. I. §. CCXXVIII.—CCXXIX.
Bachii Histor. Iurispr. Rom. L. III. c. I. §. XVII. p. 406. 407.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1143.
Eius nomen in Digestis frequenter obuium laudabit *Iurisprudentia Restituta* Cl. *Abrab. Wielingii*, p. 326.—330.

.... CASSIVS FELIX, incertae quidem aetatis Iätro-Sophista, sunt tamen plerique, qui Augusti Tiberiique tempore eum floruisse censeant.
Voss. de Philosophia et *Philosophiae Sectis* c. XII. §. 3. p. 94.
Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. VI. p. 169. (Not. c.) Vol. II.

.... M. ANNAEVS SENECA, Cordubensis Hispanus, Rhetor, pater *L. Annaei Senecae*, Philosophi.

vid. *Andr. Schotti* de *Auctore & declamandi ratione* disputatio, praemissa *Senecae Suasoriis*, *Controversiis* et *Declamationibus*, p. 1.—6. ed. *Paris.* 1613. fol.
Voss. Part. I. L. I. *Instit. orator.* in *Epilogo*, p. m. 180. 181.
Pope-Blount p. 98. 99.
Fabric. Bibl. Latin. L. II. c. VIII. p. 353. Tom. I. & p. 480. Tom. II.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 336.
Hamberger. Part. I. p. 595. f.

. . . . MASVRIVS SABINVS, Iĉtus, Grammaticus, & Historicus, auĉtor Seĉtae *Sabinianorum*, quod nomen mox *Coelii Sabini*, Iĉti, causa revivixit, & confirmatum fuit.

vid. *Voss*. I. de *Latin*. c. XXI. p. 96. s.
Fabric. *Bibl*. *Latin*. L IV. c. IX. p. 815. Tom. I. et p. 791. Tom. III.
Heineccii Hist. *Iur*. L. I. c. IV. §. CCVI. —CCIX.
Bachii Histor. *Iurisp*. *Rom* L. III. c. I. §. XIII. p. 404. 405. & §. XXI. p. 408. 409.
Catal. *Bibl*. *Bunav*. Tom. I. Vol. II. p. 1569. et
Qui meis antea literariis Acroasibus cum laude interfuit vir Consultiss. *Petr*. *Nic*. *Arntzenius*, in Dissertatione *de Masurio Sabino*, Trai. Rh. 1768. 4.

33. PONTIVS PILATVS, Qvintus per Iudaeam Procurator Caesaris cum iure gladii. Posthaec a Caligula in Galliam vel Hispaniam relegatus periit, A. Vrb. 792. Chr. XL.
De Epistolarum Pilati ad Tiberium Augustum νοθείᾳ
vid. *Guil*. *Caveus* in *Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria*, Vol. I. p. 38.
I. *A*. *Fabricius* in *Codice Apocrypho Nov*. *Test*. 298.*—302. Tom. I. it. p. 455. —465. et p. 478.—485. Tom. II. nec non *Bibl*. *Graec*. L. VI. c. X. p. 477. Vol. XIII. & L. VI. c. XII. p. 271. Vol. XIV.
Anton. *van Dale* de *Oraculorum Ethnicorum*

rum Duratione et interitu, *Diss.* II. c. II. p. 452.—459. it. p. 608.—624. et alii ab *Hambergero* Part. II. p. 24.—28. laudati. Quibus omnibus intercedere non debuerat doctiss. *Io. Georg. Altmannus* in *Disquisitione Historico-Critica*, de *Epistola Pontii Pilati ad Tiberium*, *qua Christi Miracula*, *Mors*, *et Resurrectio recensebantur*. *Bernae* 1755. 4.

.... MARIA, virgo Deipara.

Sub cuius nomine quaedam satis insulsae circumferuntur Epistolae a *Fabricio Cod. Apocryph. Nov. Testam.* Tom. I. Part. II. p. 833—852. falsi damnatae. Cf. quoque idem ibid. Part. I. a p. 1.—38. et in *Bibl. Graec.* L. VI. c. XII. p. 275. Vol. XIV. *Hamberger*. Part. II. p. 56.—58.

.... APOSTOLI sex: D. MATTHAEVS,
D. IOANNES,
D. IACOBVS,
D. PETRVS,
D. IVDAS,
D. PAVLVS, qui et *Saulus*.

APOSTOLORVM DISCIPVLI duo:
D. MARCVS. D. LVCAS.

Qui tamen omnes nihil ante *Claudii* principatûm scripsisse videntur. Atque horum ipsorum libris absolvitur divinarum NOVI TESTAMENTI Literarum Codex.

vid. *Hieron.* in *Catalogo Scriptor. Ecclesiasticorum*, c. I.—V. & VII.=X.

Petri

Petri Dan. Huetii Demonstratio Euangelica Propos. I. a p. m. 33.=44. ed. Lipsiens. 1694. 4.

Guil. Cavei Scriptorum Ecclesiasticorum Histor. Literaria, Vol. I. p. 4.—18. it. p. 24. 25.

Fabric. Bibl. Graec. L. IV. c. V. p. 122. seqq. Vol. III.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 10.—12. 15. 18. 23. 24. 30. 31.

De singulis *Hambergerus*, diversis locis, Part. II. p. 58.—69. 74.—81. 121.—129.

Inprimis vero quicquid nominatim vel ad intelligendam Scriptorum divinorum, librorumue Αὐθεντίαν, et integritatem spectat, vel Codicum antiquitatem, fidem, varietatem, vsum subtiliter aestimare iubet, vel ad versiones cuiuscunque oris & gentium seu antiquas, seu recentiores cognoscendas pertinet, vel denique quicquid editionum Archetyparum vim, praestantiam, virtutes, vitia, aliaque rerum adiuncta declarat, id totum iudicandi instrumentum nostrae aetatis homines eruditi, vt reliquos superiorum temporum, velut *Salom. Glassium* in egregio *Philologiae Sacrae* libro taceam, larga manu appararunt, tamqvam:

1.) *Joh. Georg. Pritius* in *Introductione in Lectionem Novi Testamenti*, multis modis locupletata a *Carolo Gottlob Hofmanno*, Theologo Lipsiensi, postea Witebergensi, Lipsiae 1737. 8.

2.) *Iob Iac. Wetstenius* in *Prolegomenis ad Novi Testamenti Graeci Editionem accuratissimam e vetustissimis Codd. Mss. denuo procurandam*, rel. *Amstelaedami*, 1730.

1730. 4. quae tametsi reprehensa fuerint a I. P. D. vt nonnullis visum est, vel potius incerto auctore libelli, cui Epigraphe : *Specimen Animadversionum in Prolegomena Novi Testamenti Graeci editionem accuratissimam nuper Amstelaedami edita. Londini*, (vel potius Amstelaedami,) *Prostant* (impudicae mulieres, an Animadversiones?) *venales apud R. Hett* 1731. 8. et ab *Antonio Driessenio*, Theologo Groningano, in *Divina auctoritate Codicis N. T. vindicata*, *Groningae*, 1733. 4. tamen non modo cumulate repetita ornarunt eius Editionis limina Amstelaed. 1751. et 1752. fol. sed etiam iure meritoque *Io. Salom. Semlero*, pereximio Halensium Theologo, digna fuerunt visa, quae additis eius observationibus sigillatim typorum formulis describerentur, hoc titulo: *Ioh. Iac. Wetstenii Prolegomena in Novum Testamentum. Notas adiecit, atque Appendicem de vetustioribus Latinis recensionibus, quae in variis Codicibus supersunt, Ioh. Sal. Semler, cum quibusdam Characterum Graecorum et Latinorum in libris MScptis exemplis. Halae Magdeburgicae* 1764. 8. v. *Nov. Act. Eruditor.* 1766. *Mai.* et *Jun.* p. 97. seq.

3.) *Io. Lamius* in Libro singulari de *Eruditione Apostolorum*, rel. *Florentiae* 1738. 8.

4.) *Ioh. Davides Michaëlis*, in quantiuis pretii *Isagoge in libros divinos Novi Foederis*, sive (*Emleitung in die göttlichen Schriften des Neuen Bundes*, erster und zweiter Theil.) quae primum lucem

vidit *Gottingae* 1750. deinde locupletior ibidem prodiit 1765. et 1766. 8. vbi de singulis Scriptoribus, eorumdemque libris, versionibus, manu exaratis Codicibus, varietate lectionum, Coniecturis Criticis, et editionibus acutissime disseruit.

5.) *Eberb. Henr. Dan. Stoschius* in *Commentatione Historico-Critica de Librorum Novi Testamenti Canone* rel. *Francof.* ad *Viadrum*, 1755. 8. denique.

6.) *Ioh. Aug. Ernesti* V. C. in *Institutione Interpretis Novi Testamenti ad vsus Lectionum*, *Lipsiae* 1761. iterum 1765. 8. nam *Lugduno Batavam* 1762. 8 ipse non numeravit *Ernestius*, praesertim *Parte Secunda de Instrumento Hermeneutico*, *eiusque legitimo vsu*, c. I.—VIII.

Quorum tamen opera non impediet fortassis, quo minus pauca haec sive recentiora, sive consulto praetermissa, obscurius certe indicata subinde, clarius adiiciam.

Primum, ne quis vel turbetur *lectionis*, vt aiunt, *vulgatae* & *receptae* superstitione, adeoque Μορμολυκείῳ *Whitbyani Examinis variantium Lectionum D. Millii*, a *Sigeb. Haverkampo* sigillatim, L. B. 1733. 8. recocti, vel abutatur multitudine diversarum lectionum ad convellendam Sacri Codicis fidem et auctoritatem, vt secundum *Anton. Collinsium*, et alios, eius furfuris homines, etiamnunc nonnullos philosophari audio, diligenter et optime cavebunt *Christo. Matthi. Pfaffius* in *Dissertatione Critica* de *genuinis Librorum Novi Testamenti Lectionibus Amstelaed.* 1709. 8. cap. I.

p.

p. 1.—26. Cel. *Lud. Casp. Valckenaerius* in *Oratione de Critice a Literatoribus non exercenda*, p. 42. 43. Cl. *Io. David. Michaelis* in *Isagoges* Tom.I. c. 67. 68. p. 619.—647. S. R. *Ioh. Aug. Ernesti* in *Institut. Interpretis N. T.* Part. II. c. VI. §. 4. et 34. et doct. *Adrian. Kluitius* in *Vindiclis Articuli* ὁ, ἡ, τὸ *in Novo Testamento*, Part. I. Tom. III. §. 288.—298. a p. 667. seq. inprimis vero, quem miror vulgo ne laudari quidem, *Phileleutherus Lipsiensis*, h. e. *Rich. Bentleius*, qui haec lectionum discrimina non modo non inimica certissimis doctrinae coelestis argumentis, sed etiam ob describentium copiam necessaria, & ad integritatis iudicium maxime idonea esse cum rationibus, tum exemplis demonstravit in pulcherrima *Laicorum* i. e. civilium hominum, *Sycophantia*, (*la Friponnerie Laiqve*) *Amstelaed.* 1738. 8. *Observat.* XXXII. p. 168. —213. Absit tamen opinari, sublato hoc *receptae* lectionis patrocinio religionis frena laxari, aut innovandi, emendandique αὐθάδειαν, et temeritatem excusari posse. Immo vero hanc ipsam praestantissimus noster *Car. Segaar* summo nuper iure prudentissimeque dissuasit in Oratione, *de Critice in divinis Novi Foederis libris aeque ac in humanis, sed circumspecte et modeste etiamnunc exercenda. Trai. Rhen.* 1772. 4.

Ceterum lectiones veterum Theologorum Christianorum, quos Patres vocant, maius interdum habere pondus, quam antiqvissimorum Codicum, haud ieiune approbavit *Castus Innocens Ansaldus* in

libro *de Authenticis Sacrarum Scripturarum apud SS. Patres lectionibus. Typis Seminarii Veronensis* 1747. 4.

Deinde, quoad versiones siue Persicas, siue Arabicas, siue Aethiopicas, siue Turcicas, siue Armeniacas, studium et industria eminuit Cl. *Christian. Aug. Bodii*, literarum Orientis in Academia Helmstadiensi doctoris publici, cuius libros, vt ego non nominem, diligenter recensebit Cl. *Georg. Christoph. Hambergerus* in *Germania Erudita*, (in dem *Gelehrten Teutschland*, *Lemgo.* 1767. 8.) Part. I. p. 34. 35.

E versione Syriaca N. T. illustrandi opportunitatem sumsit Cl. *Frid. Eberhard. Boysen*, Theologus Quedlinburgensis, in *Critische Erläuterungen des Grundtextes der Heil. Schrift N. T. aus der Syrischen übersetzung. Quedlinburg und Eisleben.* 1762. 8.

In *Versionibus* porro antiquis, et quidem *latinis*, nominatim *Italicis*, commemorari debet: *Sacro Sanctus Euangeliorum Codex S. Eusebii Magni Episcopi et Martyris manu exaratus, qui ex Autographo Basilicae Vercellensis ad vnguem exbibitus primum in lucem prodiit opera et studio Iobann. Andreae Irici, Tridinensis Collegii Ambrosiani Doctoris cum eiusdem Praefatione, Notis, et Concordantibus aliorum Codicum et SS. Patrum lectionibus, Mediolani* 1748. 4. Cuiusmodi mox Euangeliorum versionem non modo ex hoc ipso Codice *Vercellensi*, sed tribus simul aliis, tamqvam *Veronensi*, *Corbeiensi*, et *Brixiano* instauratam recognovit *Franc. Blancbinus*, euulgato huius for-

formulae libro : *Euangeliarium quadruplex Latinae verſionis antiquae, ſeu veteris Italicae, nunc primum in lucem editum ex Codicibus Mſcptis aureis, argenteis, purpureis, aliiſque pluſquam millenariae antiquitatis a Ioſepho Blancbino, Veronenſi Preſbytero Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii de vrbe. Romae* 1749. fol. duabus Partibus, quarum *primae* Partis *Volumen* I. complectitur *Euangelii D. Matthaei* verſionem e quatuor illis Codicibus; *Volumen* II. *Euangelio D. Iohannis* eorumdem Codicum abſolvitur. *Secundae* Partis *Volumen* I. *Evangelium* Secundum *Lucanum*, (ſic) et *D. Marcum* exhibet: *Volumen* vero II. *Appendicem* ad *Euangeliarium quadruplex antiqvae latinae verſionis Italicae*, item Euangeliarium *Foroiulienſe*, et Fragmentum Euangelii ſecundum Lucam ex Codice *Cathedralis Eccleſiae Peruſinae*, nec non varias Diſſertationes, et egregia ſcripturae Graecae Latinaeque ſpecimina continet. vid. *Nov. Act. Erud.* 1753. Januar. p. 1. ſeq. et *Relationes Gottingenſes de libris Novis Vol.* I. *Faſcic.* III. p. 71.—104. et *Vol.* II. *Faſc.* III. n. VII. p. 95.—99.

Bibliotheca Latina Novi Teſtamenti vetuſtioris Eccleſiae varias recenſiones Latinas complexa quam ſe daturum eſſe promiſerat diligentiſſimus *Ioh. Salom. Semlerus*, in *Nov. Act. Erudit.* 1763. Aug. p. 409. ſeq. & cuius formam habitumque breviter deſcripſit in *Appendice Obſervationum* ad *Wetſtenii Prolegomena* a p. 583. ſeq. vtinam prodiret.

In *Tetrateuchum Euangelicum N. T. pervetustum latinum Mscptum, quem ostendit Bibliotheca Coenobli Riddagshusani ad Brunsvicum, adnotationes Criticas* scripsit *Ioh. Christo. Harenbergius* in *Musei Bremensis*, Vol. II. Part. III. n. IV. p. 422. seq. ubi Capitum N. T. divisionem, quam nunc sequimur, medio Saeculo XIII. inventam et vsitatam fuisse demonstravit.

In vernaculis contra versionibus haud mediocrem accurationis et novitatis gratiam habent versiones theotiscae Cel. *Heumanni: Das Neue Testament nach der Übersetzung Christ. Aug. Heumann*, Prima parte Hanoverae 1748. altera 1750. 8. emissa, et *Ioh. Tobiae Dammii, Das Neue Testament von neuen übersetzt und mit Anmerkungen begleitet*, *Berlin* 1764. 1765. 4. 3. Theile.

Porro quoad recentiores Novi Testamenti editiones, nullae magis φιλολογούντων studia incenderunt, quam promissa *Richardi Bentleii*, absolutaque *Ioh. Alb. Bengelii*, et *Ioh. Iac. Wetstenii* opera. *Richardus* enim *Bentleius*, summus Britannorum Criticus, apud animum constituerat, Novi Testamenti tabulas ad fidem priscorum exemplarium recensere, cuius instituti gratia chartam, futurae editionis nunciam, qva in sumtuum tolerandorum societatem emtores vocari solent, hac tituli formula inscriptam emisit: Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. *Graece. Novum Testamentum versionis vulgatae per sanctum Hieronymum ad vetusta exemplaria graeca castigatae et exactae. Vtrumque ex antiquissimis Codicibus Mss.* cum

cum Graecis tum Latinis edidit Richardus Bentleius 1720. eique subiunxit *Specimen Animadversionum in Apocalypseos Iohanneae caput* XXII. Vel sic tamen seu adversariorum, quos nactus erat, vexatione interpellatus, seu aliis causis permotus consilium, quod ceperat, aut distulisse aut abiecisse fertur. Praeter *Con. Middletonium* certe molestiam ei creavit *Zachar. Pearce*, duabus Epistolis sub nomine *Phileleutheri Londinensis ad Celeberrimum virum F. V. Professorem Amstelodamensem* scriptis, Londini 1721. 4. Cf. *Wolfii Curae Philologicae* ad *Apocalypseos Iohanneae Caput* XXII. p. 611. f. T. V. ed. Basil.

Mox omni studio in id incubuit *Ioh. Albert. Bengelius*, vt, quanta posset, animi integritatè et religione noui Testamenti Codicem recenseret, varietatem lectionum diligenter congereret, opportunitatemque daret de *Contextu*, quem *receptum* et *Vulgatum* appellant, incorruptius iudicandi. Proinde post *Novi Testamenti Graeci recte cauteque adornandi Prodromum Ioh. Chrysostomi de Sacerdotio Libris VI. Graece et Latine, vtrinque recognitis, et notis indicibusque auctis subiunctum, Stutgardiae*, 1725. 8. it. *Notitiam N. T. Graeci recte cauteque adornati, Tubingae*, 1731. 8. non solum *Novum Testamentum Graecum cum Introductione in Crisin N. T. Apparatu Critico*, et *Epilogo* Tubingae 1734. 4. euulgauit, cuius aemulae minores, certe contractiones, sunt editiones, Studgardiensis 1734. 8. *Tubingenses* 1738. 1753. & 1763. 8. sed etiam subsequi iussit

iussit *Gnomonem N. T. in quo ex nativa verborum vi simplicitas, profunditas, concinnitas sensuum coelestium indicatur. Tubingae* 1742. iterum 1759. tertium *Vlmae* 1763. 4. quo eodem simul anno eiusdem *Bengelii Apparatus Criticus* longe auctior lucem vidit, operam dante *Phil. David. Burkio, Tubingae* 4. Fuerunt sane initio, qui in *Bengelium* acrius, quam per literarum sacrarum humanitatem licebat, inueherentur, quorum nonnullos tamen subinde vir optimus, vt par erat, defensione suâ indignos iudicavit: Alii contra ipsius acervo varietatis scriptúrae, emendationibusque, lenius et moderatius intercesserunt, tamquam vir egregius *Christ. Benedict. Michaëlis* in *Tractatione Critica*, ab eius Filio *Ioh. Davide*, in *Isagoge*, Tom. I. p. 679. et *Ernestio* in disputatione de *Difficultate Interpretationis Grammaticae Novi Testamenti* §. IX. p. 260. 261. *Opusc. Phil.* laudata, *de variis lectionibus Novi Testamenti caute colligendis, et diiudicandis*, Halae Saxonum 1749. 4. cui *Bengelius* quidem respondit in *Tractatione Critica de Sinceritate Novi Testamenti Graeci tuenda*, sed eumdem libellum privatim ad se missum, vt alii quoque publice legerent, aspersis hic illic suis animadversionibus recte atque ordine curavit idem vir eruditiss. *Christ. Benedict. Michaëlis*, *Halae Saxonum*, 1750. et 1763. 8. Interim post *Bengelii* mortem, quae evenit a. 1752. lectionum eius Syllogen ex versionibus Orientis congestam vanitatis nuper accusare coepit laudatus antea

tea *Christi*. *Aug. Bodius* in *Pseudo-Critica Millio Bengeliana* duobus Tomis, Halae 1767. & 1769. 8. altero IV. Euangelia exhibente, altero ceteros N. T. libros. Etsi praeterea *Ioh. Iac. Wetstenius* ceteris palmam praeripuisse videri poterat, *Novo Testamento* graece duntaxat, non sine graui tamen Adnotationum mole duobus Codicibus in fol. Amstelaed. 1751. et 1752. edito, (de quo v. *Nov. Act. Erudit.* 1752. *Ianuar.* p. 1. seq. et 1754. *Septembr.* Part. II. p. 529 seq. it. *Relationes Gottingenses* de *Libris Novis Vol.* I. *Fasc.* II. p. 348. seq. & *Vol.* II. *Fasc.* I. p. 244. seq.) tamen non omni exceptione et cautione maiorem eius industriam fuisse, siue quoad sententias Theologicas de diuinitate Iesu Christi, aliisque doctrinarum capitibus, siue quoad Apparatum Criticum, cum ex Syriaca versione, tum e Christianis veterum Theologis, superioribusque editionibus minus accurate conductum, non modo vir excellenter doctus *Ioh. David. Michaelis*, in pereximia *Isagoge* in *Scriptores divinos N. T. Part.* I. p. 755.—785. et in *Curis* in *versionem Syriacam Actorum Apostolicorum cum Consectariis Criticis de indole, cognationibus & vsu versionis Syriacae tabularum Novi Foederis. Gottingae* 1755. 4. praesertim a p. 80. vsque ad finem approbavit, sed aliquot exemplis etiam acutissime demonstrauit Cel. *Ioh. Aug. Ernesti* in *Specimine Castigationum in Ioh. Iac. Wetstenii editionem N. Testamenti*, Lipsiae 1754. 4. edito, et in eiusdem *Opusculis Philo-*

 lo-

lologicis et Criticis a p. 526. seqq. repetito. ——— Istius quoque perperam imminutae, saltem obscuratae divinitatis Christi causa singulares in *Wetstenium* libellos scripserunt Viri clarissimi *Sigism. Iacob. Baumgartenius*, editis *Halae* 1754. 4. *Vindiciis vocis* Θεὸς *in oraculo Paulino* I. *Tim.* III. 16. *obviae*: item, *Carol. Christ. Woogius* in *Prolusione Academica, qua quaedam ad* I. *Tim.* III. 16. *contra Io. Iac. Wetstenium, nuperum N. T. Editorem praefatus* erat, *Lipsiae* 1754. 4. et *Herm. Venema* in *Exercitatione* de *vera Christi divinitate ex locis Actor.* XX. 28. I. *Tim* III. 16. I. *Ioh.* V. 20. *et Coloss.* I. 16. 17. *quibus de vera lectione et genuino sensu eorum accuratius differitur. Leowardiae* 1755. 4.

Interpretum vero N. T. triplex genus esse *Theologicum*, *Grammaticum*, s. *Criticum*, et *Mixtum*, h. e. ex *Theologico* & *Philologico* conflatum, ipse rerum vsus nos docet. ——— De mere *Theologicis* sive Homiliis, sive Commentariis nihil commemorabo. Latius enim patent, quam literarum communium fines patiuntur.

Grammaticis Animadversionibus nullum post renatas literas Saeculum, quam id ipsum, quod vivitur, feracius fuit. Quamquam enim Cel. *Lud. Casp. Valckenaerius* vrbana quadam dissimulatione, quam Graeci Εἰρωνίαν vocant, in singulari oratione negaverat, *Sacram Novi Foederis Criticen a Literatoribus, quos vocant, exercendam esse*, *Franequerae* 1745. 4. tamen nescio an vllum genus

nus hominum eruditorum divinis N. T. libris nostra et patrum memoria plus attulerit commodi, quam hi, qui vulgari *Criticorum*, hoc est, antiquo et honorificentissimo *Grammaticorum* nomine veniunt. Neminem certe poenituerit, in consilium vocare superioris, et nostri Saeculi virorum praestantissimorum *Dan. Heinsii Exercitationum Sacrarum ad Novum Testamentum Libros* XX. L. B. 1639. fol. *Ioh. Pricaei Commentarios in varios Novi Testamenti Libros. Londini* 1660. fol. *Petri Keuchenii Annotata in* IV. *Euangelia et Acta Apostolica*, Amstel. 1689. 4. et altera parte locupletiora cum praefatione *Joannis Alberti*, V. C. *Lugd. Bat.* 1755. 8. *Lamberti Bosii Diatribes* s. *Exercitationes Philologicas, in quibus Novi Foederis loca nonnulla e profanis maxime auctoribus illustrantur, Franequerae* 1700. et 1713. 8. item, eiusdem *Observationes Miscellaneas ad loca quaedam N. T. & aliorum Scriptorum, Franequerae* 1707. et *Leowardiae* 1731. 8. *Georgii Raphelii Annotationes in Sacram Scripturam*, et *Philologicas quidem in Novum Testamentum* antea seorsim editas *Hamburgi* 1709. 8. it. 1717. 8. & *Luneburgi* 1731. 8. deinde in vnum corpus longe auctius emendatiusque vna cum eiusdem, et magni *Tib. Hemsterbusii Observationibus ad Chrysostomi Homilias in Epistolam Pauli ad Philemonem*, *Lugd. Bat.* 1750. 8. Tomis duobus: *Io. Henr. Maii Observationum Sacrarum Libros* IV. *Francof.* 1713. 8. *Iac. Elsneri* (quamquam non semel no-

tati five a Cl. *Io. Aug. Ernestio* in *Institut. Interpret. Novi Testamenti* Part. II. c. IX. §. 48. five ab eius difcipulo, Cl. *Iob. Tob. Krebsio* paffim in *Obfervationibus N. T.* p. 149. 152. 169. 405.) *Obfervationes Sacras in Novi Foederis Libros Tomo* I. *Trai. ad Rhen.* 1720. et Tomo II. ibid. 1728. 8. et nuper fub titulo *Commentarii Critico-Philologici*, adiectis *quibusdam notulis* Cl. *Ferdinandi Stofcbii*, *Zwollae* et *Traiecti ad Rh.* 1767. 4. typis repeti coeptas: *Iob. Alberti*, viri graece doctiffimi, *Obfervationes Philologicas* in *Novum Testamentum*, *Lugd. Bat.* 1725. 8. Ejufdem *Periculum Criticum*, *in quo loca veteris et Novi Foederis illustrantur*, *Lugd. Bat.* 1727. 8. Eiufdem *Gloffarium Graecum in Sacros Novi Foederis Libros*, *Lugd. Bat.* 1735. 8. nec non Eiufdem, five *Gratiani de S. Bavone*, *Pentadem Sacram*, *Mifcellaneis Obferv.* Vol. II. Tom II a p. 284.—288. infertam: *Ieremiae Marclandi* emendationes in *Coniecturis* ad *Lyfiam Taylorianum*, Londini 1739. 4. p. 441. quibus nefcio an opportune contradixerit *Io. Lud. Schlofferus* in *Vindicatione Novi Foederis Locorum*, *Hamb.* 1742. 4. *Iob. Baptistae Ottii Spicilegium five Excerpta ex Flavio Iofepho ad Novi Testamenti illustrationem cura Sigeb. Hauerkampi*, *Lugd. Bat* 1741. 8. *Fred. Lud. Abrefchii* V. C. *Adnotationes ad quaedam loca N. Testamenti* in calce eius *Animadverfionum ad Aefchylum*, *Medioburgi* 1743. a p 533. it. Eiufdem five P. B. A. A. H. *Exercitationem* Cri-

Criticam ad locum Epiſtol. I. ad Tim. V. 8. in *Miſcell. Obſervationibus*, Vol. IX. Tom. II. p. 430—438. S. R. *Io. Aug. Erneſti* varias Proluſiones de *Difficultatibus N. Teſtamenti recte interpretandi*, Lipſ. 1748. 4. *Pro Grammatica interpretatione librorum inprimis ſacrorum*, ib. 1749. 4. *de Vanitate philoſophantium in interpretatione Librorum S.* ibid. 1750. *De Veſtigiis Lingvae Hebraicae in lingva Graeca*, ibid. 1753. 4. et *de Difficultate Interpretationis Grammaticae Novi Teſtamenti* ibid. 1755. 4. omnes poſtea *Opuſculis* eius *Philologicis & Criticis* a p. 171.—182. et 198. —287 illatas. S R. *Ioh. Bened. Carpzovii Sacras Exercitationes in S. Pauli Epiſtolam ad Ebraeos, ex Philone, Helmſtad.* 1750. 8. *Io. Tob. Krebſii* libellum *de uſu et praeſtantia Romanae hiſtoriae* in *Novi Teſtamenti interpretatione, Lipſiae* 1745. 8. et *Obſervationes in Novum Teſtamentum e Flavio Ioſepho*, Lipſiae 1755. 8. (v. *Nov. Act. Erud.* 1756. *Mart. Part.* II. p. 159.) *Georg. David Kypkii Obſervationes ſacras in Novi Foederis Libros ex auctoribus potiſſimum Graecis et Antiquitatibus*, *Vratiſlaviae* Tomis I. et II. 1755 8. (v. *Nov. Act. Erud.* 1756. *Aug.* p. 447.) *Caſp. Frid. Muntbii Obſervationes philologicas in Sacros N. T. libros ex Diodoro Siculo*, *Hafniae* et *Lipſiae* 1755. 8. (vid. *Nov. Act. Erud.* 1756. *Octobr.* p. 612.—620. [illegible]iumque aliorum non contemnendas ſubinde animadverſiones, tamqvam *Iſebr. Eilb. Harkenrothi Epiphyllidum Critico-Sacrarum Faſciculum* I. in *Miſ-*

 cell.

cell. Obferv. Vol. X. Tom. I. p. 69.—84. *Ioh. Salom. Semleri*, *Iac. Frid. Heufingeri*, *Franc. Anton. Knittelii*, *Ioh. Dan. ab Hoven*, *Io. Aug. Noeffelti*, et *Io. Ern. Imm. Walchii*, virorum eximiorum, fingularibus libellis proditas, quarum omnium cenfum agere, indicis et orationis anguftiae vetant. Interim hi profecto nimii funt, qui ex omnibus promifcue rerum humanarum fcriptoribus dictionem N. T. fe illuftrare poffe argutantur, veluti ex *Artemidoro*, incertus auctor *Speciminis Obfervationum Philologicarum N. T.* in *Bibliotheca Bremenfi Nova Tom.* V. f. *Claf.* V. *Fafc.* II. ex *Diogene Laërtio*, *Adam. Dan. Richterus* in *I. G. Bidermanni Selectis Scholafticis*, Vol. I. Fafc. I. n. VIII. p. 115.—134. et *ex Cebete*, *Henr. Scholz* in *Chreftomathia Cebetina*, *eaque facra*, ibidem, in *Selectis Scholafticis*, Vol. I. Fafc. II. n. VII. p. 525. —— Longe aptiorem certioremque literarum facrarum interpretationi lucem attulit eruditiff. *Adrian. Kluit* praeclaris fuis *Vindiciis Articuli ὁ, ἡ, τὸ in Novo Teftamento*. Quarum *Pars prior* tribus *Tomis* conftat *Trai. ad Rh.* 1768.—1771. 8. euulgatis, noviffimo duntaxat in *Act. Erud.* 1771. *Januar.* p. 44. feqq. laudato: *Pofterior Pars*, *Alcmariae* 1768. et 1769. 8. edita, in duos abiit *Tomos*, nodumque valde ardui et paene defperati D. Lucae loci II. 2. non difrup[illegible], fed tam leniter & accurate diffutum nobis dedit, vt non dubitem nunc Viro doctiffimo affentiri, *Quaeftionemque* meam *Literario-Hifto-ri-*

ricam n. CLVI. deferere.

Supereſt iam, vt nonnullos quoque *Mixti* Interpretationis generis auctores indicem. Huius paene parens fuit *Ioh. Christo. Wolfius*, vir πολυμαθέστατος, edita *Curarum Philologicarum et Criticarum* copioſa Sylloge, *Hamburgi*, 1725.—1735. 4. et *Baſileae* 1741. typis renovata, quinque codicibus. Sed vti nullus paene liber ſine maculis exit, quas aut incuria fudit, vt ait ille, aut humana parum cavit natura, ita hic quoque naevis ſuis et peccatis non vſquequaque vacat. Cum enim vir eximiae alioquin lectionis et induſtriae ad decreta *recepti textus*, tanqvam ad ſcopulum adhaereſceret, aliorumque opiniones, iudicio ſuo frequenter interpoſito, non ſalutatis tamen vbique fontibus, congereret, non ſemel in reprehenſionem hominum eruditorum incurrit. Cel. *Valckenario* certe in *Oratione* de *Critice N. T.* p. 42. *iniurius Millio*: *Erneſtio*, in *Inſtit. Interpret.* P. II. c. IX. §. 39. *non ſatis accuratus*: et *Salomoni Raniſchio*, *Erneſti* diſcipulo, in *Diſputatione Hiſtorico-Critica de Lucae et Ioſephi in morte Herodis Agrippae conſenſu ad Act. Apoſtol.* XII. 19.—23. et *Antiqv. Iudaic.* XIX. 7. *Lipſiae* 1745. 4. p. XV. *Curarum Euangelicarum ſaepe haud ſatis curioſus Auctor* vocatur: item alteri *Erneſti* diſcipulo, *Io. Tob. Krebſio*, toties vapulavit, cum in libello *de vſu Hiſtoriae Romanae*, tum in *Obſervationibus N. T.* vt hic ipſe vir doctiſſimus ſingularem *Criticae Wolfianae* librum in liturariis ſuis habere videatur. vid.

Ob-

Obſervatt. p. 11. 71. 102. inprimis in Praefat. ad *Decretum Athenienſium pro Hyrcano* p. 309 310. ed. Lipſ 1768. 8. Interea *Io. Chriſto. Köcherus Theologus Ienenſis* occupavit *Analecta Philologico-Exegetica in* IV. *Euangelia, quibus Wolfii curae emendantur et ſupplentur, Altenburgi* 1766. 4. — Plura vero ſuffragantium puncta tuliſſe videtur Commentarius Heumannianus theotiſce hac Epigraphe promulgatus: *D. Chriſtoph. Aug. Heumans Erklaerung des Neuen Teſtaments. Hannover* 1750.—1763. 8. Quarum animadverſionum perquam ſane cultarum & ingenioſarum cum non omnes *duodecim* in omnium manibus verſentur *Partes*, in *Actis*.vero *Lipſienſibus* ſingulae praeter XIImam in compendium miſſae fuerint, ſuum cuique Parti annum, iudiciique in *Actis Lipſienſibus* ſedem & locum aſſignare liceat. PARS Ima Hanoverae 1750. v. *Nov. Act. Erud.* 1750. *Septembr.* Part. II p. 531. ſeq PARS II. ibid. 1751. v. *Act. Erud.* 1751. *Iun.* Part. II. p 347. ſeq. PARS III. 1751. v. *Act. Erud.* 1754. *Iul.* p. 394. PARS IV. ib. 1752. v. *Act. Erud.* 1752. *Decembr.* p. 684. PARS V. ib. 1753. v. *Nov. Act. Erud.* 1754. *Nov.* p. 652. ſeq. PARS VI ib. 1754. v. *Nov. Act. Erud.* 1756. *April.* p. 193. ſeq. PARS VII. 1755. v. *Nov. Act. Erud.* 1757. *Ian.* Part. I. p. 3:9 PARS VIII. 1756. v. *Act Erud.* 1757. *Sept.* Part. II. p. 539 ſeq. PARS IX. ib 1757. v. *Nov. Act. Erud.* 1758 *Iun.* Part. I. p. 289. PARS X. ib. 1759. v. *Nov. Act. Erud.* 1759. *April.* p. 193. et

PARS

PARS XI. ib. 1760. vid. *Nov. Act. Eruditorum* 1761. menf. *Mai.* p. 233. feq. Similiter bonae frugis plena funt *Io. Georg. Altmanni Meletemata Philologico-Critica*, Tomis tribus *Trai. ad Rhenum* 1753. 4. defcripta, de quibus legantur *Relationes de libris Novis Gottingenfes*, *Fafc.* X. n. XV. p. 525.—540. item *Ioh. David. Michaëlis Paraphrafis, und Anmerkungen über die Briefe Pauli* &c. h. e. *Paraphrafis et Adnotationes in Epiftolas Pauli ad Galatas, Ephefios, Coloffenfes, Theffalonicenfes*, rel. Gottingae 1750. 4. mai. (vid. *Nov. Act. Erudit.* 1750. *Mart. Part.* II. p. 151.=158.) *Ioh. Frid. Gruneri Mifcellanea Sacra*, quorum *Fafciculus primus* lucem vidit *Ienae*, 1750. 4. (vid. *Nov. Act. Erud.* 1754. menf. *Aug.* p. 448. feq.) *S. L. Maievii Animadverfionum ad varia loca Novi Teftamenti Decas I.* Trai. ad Rhen. 1748. (vid. *Nov. Act. Er.* 1746. *Iul.* & *Aug.* p. 147.=157. et, quas filentio praetermittere religioni mihi duco, Clariffimi noftri *Caroli Segaar Obfervationes Philologicae et Theologicae in Euangelium Lucae Capita XI. priora Trai. ad Rh.* 1766. 8.

De quibusdam denique fpuriis *Apoftolorum* libris diligenter egit *Io. Alb. Fabricius* in *Codice Apocrypho Novi Teftamenti*, tamqvam de *Proteuangelio Iacobi* p. 39.= 126. Tom. I. de *Epiftola D. Pauli ad Laodicenfes*, et *ad Senecam*, Tom. II. p. 853.=904. de aliis *Epiftolis Petri, Pauli, Iohannis*, aliorumque Apoftolorum nomine falfo iactatis, ibid. p. 905.= 934. Eiusmodi quoque malis merci-

bus Tomus III. *Codicis* illius *Apocryphi* a p. 1.=736. abundat, quas *Fabricius* vbique pro suis doctrinae copiis et ingenii acumine proscripsit & abiecit. Iungatur doctiss. *Burignius* in disputatione de libris Apocryphis primae Ecclesiae, *Sur les Ouvrages Apocryphes supposés dans les premiers Siecles de l'Eglise* par Mr. *de Burigny*. *Histoire de l'Academie Royale des Inscript.* Tom. XXVII. p. 88=101. ed. *Paris.*

. . . . . . | . . . . BARNABAS, qui et *Joses*, domo Cyprius, in Apostolorum Collegium sorte cooptatus.

vid. *Hieronym. Catal. Scriptor Ecclesiast.* c. VI.

Anton. Pagius in *Critic. Baron.* ad A. C. 49. *Baronianum*, 51. n. IV. p. 372. 373. Tom. I. ed. *Lucc.*

Guil. Caveus in *Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria*, Vol. I. p. 18.=21.

Fabric. Bibl. Graec. L. IV. c. V. p. 173. Vol. III. L. V. c. I. p. 9. Vol. V. & *Codicis Apocryphi* Tom. I. p. 341. it. Tom. III. p. 375.=394.

Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1061. & Tom. III. Vol. I. p. 55.

Hamberger. Part. II. p. 129=132.

Addantur: *SS. Patrum Apostolorum Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii opera genuina, vna cum Ignatii & Polycarpi Martyriis, versionibus antiquis & recentioribus, variantibus lectionibus, selectisque variorum notis illustrata. Accesserunt S. Ignatii Epistolae tum interpolatae, tum supposititiae, cura Richardi Rusel.* Volumina II. *Londini* 1746. 8. mai.

mai. v. *Nov. Act. Erudit:* 1749. *Octobr.* p. 604.=611. Ceterum mirabile videri possit, virum sapientem et eruditum, qualis profecto est *Joseph. Ant. Saxius, Vindicias de adventu Mediolanum S. Barnabae Apostoli contra nonnullos recentioris aetatis scriptores, Mediolani* 1748. 4. scribere potuisse. vid. *Nov. Act. Erud.* 1755. mense *Decembr.* p. 714.=718.

...... | .... | SEMPRONIVS PROCVLVS, Ictus, auctor Sectae *Proculianorum*, successor *M. Coccei Nervae*, qui A. V. 786. viuere desiit.

Fabric. Bibl. Lat. L. IV. c. IX. p. 815. Tom. I. qui *Licinium* vocat, et serius collocat.

Heineccii Histor. Iur. L. I. c. IV. §. 227.

Bacchii Histor. Iurispr. Roman. L. III. c. I. §. XV. p. 406. Quibus vero in locis Pandectarum vel nominis vel Librorum eius mentio fiat, apparebit praeclaram illam *Cl. Wielingii Iurisprudentiam Restitutam* p. 241.=245. inspicientibus.

...... | .... | VALERIVS MAXIMVS, patria Romanus, *Dictorum et Factorum Memorabilium* auctor. Scribere coepisse dicitur post *Seianum* fastigio suo deiectum, siue, vt ipse satis tecte loquitur, L. IX. c. XI. *Ex. Ext.* 4. *Populi Romani pedibus obtritum*, qui casus accidit A. V. 784. adeoque Aerae vulgaris Christianae 32.

v. *Voss.* I. de *Histor. Lat.* c. XXIV. p. 111.—114.

Pope-Blount. p. 99. 100.
Crenii Animadverſ. Philolog. et Hiſt. Part. VI. c. I. §. VII. p. 35.=40.
Fabric. Bibl. Latin. L. II. c. V. p. 329. Tom. I. & p. 453. Tom. II.
Catalog. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 332. ſeq. Vol. II. p. 1665. ſ. & Vol. III. p. 2133.
Hamberger. Part. II. p. 18.=22.
Addere liceat, *Matthaeum Klokium*, Bi-beracenſem, nonnullas in *Valerium Maximum* animadverſiones, in *Sylloge Epiſtolarum Burmaniana* Tom. I. p. 398=402. obvias; *Belgophilum*, hoc eſt *Petrum Burmannum*, maiorem, *Obſervationes Criticas in Valerii Maximi quaedam loca*, quae extant in *Miſcell. Obſervat.* Vol. V. Tom. II. p. 192.=224. *Gratianum de S. Bavone*, ſive *Ioh. Albertium*, in *Valerium Maximum Notationes*, ibidem in *Miſcell. Obſervat.* Vol. VI. Tom. I. p. 190.=194. evulgatas; et *Frid. Otton. Menckenium Obſervationem ad tria Valerii Maximi loca* in *Miſcell. Lipſienſ. Nov.* Vol. IV. Part. II. p. 365.=377. ſcripſiſſe.

...... | .... | LESBONAX, Rhetor et Sophiſta Graecus. Forte circa haec tempora collocari poſſit.
Fabric. Biblioth. Graec. L. IV. c. XXX p. 421. Vol. IV.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 155.
Hamberger. Part. II. p. 24.
Longe alius eſt LESBONAX, Grammaticus, cui libellum περὶ σχημάτων debemus, cura Cel. *Lud. Caſp. Valckenaerii*

rii ad *Ammonium* primo loco editum, a p. 177.=188.

Caio Caligula 37.=41.	37.	ISIDORVS, Characenus, Geographus. Meminit fugae *Tiridatis*, Parthorum Regis, p. 4. quae contigisse dicitur *Q. Plautio* et *Sext. Papinio* Coss. h. e. A. V. 789. qui huic vulgaris Aerae Christianae anno respondet. Aliter quidem aetatem definivit *Vossius* III. de *Histor. Graec.* p. 298. & IV. c. X. p. 380. Sed erroris convictus est a *Fabricio Bibl. Graec.* L. III. c. X. §. XV. p. 91. Vol. II. et L. IV. c. II. §. VIII. p. 34. seq. Vol. III. Cf. quoque *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 156. & Vol. II. p. 1356. item *Hamberger.* Part. II. p. 22. f.
. . . . . .	. . . .	A. non AVR. CORNELIVS CELSVS, domo Romanus, non ipse quidem Medicus, vt opinantur multi, de arte tamen Medica cultissime scripsit, vnde vulgo *Medicorum Cicero.* —— A. praenomen exhibent membranae Mediceae. Recte et verisimiliter! quoniam nomina gentilitia nondum eo tempore cumulari coepisse videntur. *Voss.* de *Philosophia* c. XII. §. 4. p. 94. seq. *Fabric. Bibl. Latin.* L. II. c. IV. p. 324. Tom. I. p. 448. Tom. II. et p. 758. seq. Tom. III. item *Biblioth. Med. et Infim. Latin.* Tom. IV. p. 597. nec non *Biblioth. Graec.* L. VI. c. IX. p. 127. Vol. XIII. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 331. & Vol. II. p. 1146. f.

Hamberger. Part. II. p. 7.—13. qui meminisse debuerat, libellum *de arte dicendi* ad *Celsum* auctorem male referri, legitimoque suo parenti *Iulio Severiano*, Saeculi V. Rhetori, iure postliminii aliquamdiu restitutam fuisse. Ipse vir eruditissimus *Ioh. Alb. Fabricius* errorem suum agnovit in *Bibliotheca Graeca* L. VI. c. IX. p. 127. f. Vol. XIII. et in *Biblioth. Med. et Infim. Latin.* Tom. IV. p. 597.

Nonnullas vero sive de Celsi Membranis *Bibliothecae Mediceae*, sive lectionis varietate Observationes passim aspersit *Anton. Cocchius Graecorum Chirurgicis* a se editis *Florentiae* 1754. fol. nominatim suis ad *Soranum* de *Fracturarum signis* Adnotationibus: item *Ioh. Baptist. Morgagnus* in *Opusculis Miscellaneis, quorum non pauca nunc primum prodeunt tres in Partes divisa*, Venetiis 1763. fol. Part. I. vbi octo singularibus Epistolis non vnus Celsi locus restituitur. De quibus *Opusculis Miscellaneis*, vid. *Nov. Act. Erud.* 1764 *Sept.* & *Octobr.* p. 161.—178. —— Inprimis de quo *Celso* bene mereri potuissent Triumviri Clarissimi, *Ioh. Frid. Reitzius* noster, (v. Eius Praefat. ad *Ambigua* et *Contraria*) *Ioh. Henr. Schultzius*, Halensium, (v. vita *I. A. Fabricii* Reimariana, p. 334.) & *Ioh. Godofr. Gunzius*, Lipsiensium olim Medicus, si fata sivissent, eum diligenter recognovit, animadversionibusque virorum eruditorum, & indicibus locupletavit Cl. *Car. Christ. Krause*, Lipsiae, 1765. 8. iure laudatus a *C. A. Klotzio* in *Act.* *Lit-*

Litter. Vol. I. Part. III. p. 354. ſ. & Vol. III. Part. I. p. 86. item in *Nov. Act. Erud.* 1765. *Iul.* et *Aug.* p. 371. ſeq. ——— Superiorum interpretum coniecturas nonnullas ſub examen vocavit, ſuaſque nobis perſuaſit elegans Medicus, *Ioh. Fridericus Cloſſius, in Specimine Obſervationum Criticarum in A. Cornelium Celſum*, cui *Diatribe de Salſamenti, a Celſo ad vulnus, morſu factum commendati, ſignificatione contra Laur. Heiſterum* acceſſit. Trai. ad Rh. 1768. 4. ——— Tandem noviſſime *A. Cornelii Celſi de re Medica Libros octo ex fide Manuſcriptorum Codicum et vetuſtiſſimorum librorum*, (ita certe titulus prae ſe fert,) *ſumma diligentia, ſummoque ſtudio recenſuit Ioſeph. Valart.* Pariſ. 1772. 8. in cuius editionis fronte *Index Chronologicus, ſeu Notitia Variarum A. Cornelii Celſi Editionum et Verſionum, quae ad annum 1772. vulgatae ſunt*, legitur a p. IX.=XX.

. . . . . . | . . . . | XENOCRATES, Aphrodiſienſis, Medicus Graecus. Iconem eius ex vetuſtiſſimo Codice *Dioſcoridiano* Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis ſecundum *Lambecium* repetiit *Iacob. Gronov. Theſaur. Antiqv. Graec.* Vol. III. num. dd. et in *Conſpectu priori Sedentium Medicorum Septem.* num. IIII.

vid. *Voſſ.* de *Philoſophia* c. XIII. p. 109.
Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. III. p. 68. Vol. II. Libr. V. c. 38. p. 453. Vol. IX. et p. 452. Vol. XIII.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 154.
Hamberger. Part. II. p. 23.

PHI-

SAECULI. I. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
. . . . . .	41.	PHILO, Alexandrinus, facrorum difciplina Iudaeus, doctrina, Philofophus et Sophifta. Annus in margine laudatus eft eius Legationis ad *Caligulam* Imperatorem, argumento libri eius *de Legatione*, p. m. 1041.
		Voff. II. de *Hiftor. Graec.* c. VII. p. 155.
		Simfon. Chron. ad A. Chr. XL. et XLIV.
		Ionfius, L. II. de *Scriptor. Hiftor. Philof.* c. IV. §. I. a p. 14.=17.
		Pope - Blount. p. 102.=104.
		Guil. Cave in *Scriptor. Ecclef. Hiftor. Litter.* Vol. I. p. 21.=23.
		Fabric. Bibl. Graec. L. IV. c. IV. p. 104. Vol. III.
		Io. Chriftoph. Wolfii Bibliothecae Hebraeae, Tom. I. n. 1828. p. 973.=977. & Vol. III. eod. numero p. 927.
		Iac. Bruckeri Hiftor. Crit. Philof. Tom. II. Period. II. Part. I. L. II. c. I. de *Philofophia Iudaica* §. XXXVI. p. 797.=812. & in *Appendice* f. integri operis Vol. VI. p. 452.=455.
		Catal. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 159. Vol. II. p. 1510. et Tom. III. Vol. I. p. 54. 55.
		Hamberger. Part. II. p. 28.=33.
		Res incredibilis videri poffit, in *Philone* verfionis *Aqvilae*, centum annis ferme recentioris, veftigia reperiri, et tamen quaedam huius cubilia detexit feliciffimus *Petri Weffelingii*, olim noftri, ϛοχασμὸς in egregia ad virum Celeb. *H. Venemam* Epiftola de *Aquilae in fcriptis Philonis Iudaei Fragmentis*, rel. Trai. ad Rh. 1748. 8.
		Flores Philonianos fuis in *Epiftolas D. Pauli* ad

ad *Romanos Stricturis Philologicis* asperfit S. R. *Jo. Benedict. Carpzovius*, *Helmftadii* 4. et *Lectionum Philonianarum Specimen* dedit *Christo. Frider. Loefnerus*, Lipfiae 1758. 4.

Claudio I. 41.=54.	48.	T. PHAEDER, Thrax, AVG. nefcio cuius, *Octaviani* Caefaris, an *Tiberii* LIBertus, Apologorum Latinorum fcriptor. ——— Vt argumento tituli Prologi Libri III. ad *Eutychum*, eundem fortaffis, qui potentiffimus *Caligulae* libertus fuit, tefte *Iofepho* XIX. *Ant. Iud.* c. III. fimul, vt loco *Senecae* in *Confolat.* ad *Polyb.* 27. quodammodo fatisfacerem, medio eum *Claudii* principatus tempore pofui.

Voff. de *Poët. Latin.* c. 2. p. 38.
Pope—Blount p. 96. 97.
Crenius in *Animadverf. Philolog.* Part. V. c. I. §. V. p. 20. feqq.
Fabric. Bibl. Lat. L. II. c. III. p. 316. Tom. I. et p. 432. *Tom.* II.
Cl. Henr. Cannegieterus in differtatione *de aetate Aviani.* p. 269. feqq.
Catalog. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 329. f. et Vol. II. p. 1508.
Hamberger. Part. II. p. 13.=18.

. . . . . .	. . . .	T. PETRONIVS ARBITER, ortu Maffilienfis, vt aiunt, Eques Romanus, fatuitatisque, et nequitiarum *Claudii* AVG. irrifor.

Scio quidem, aliter vulgo iudicari. V. *Voff.* de *Poët. Lat.* c. III. p. 41. *Pope—Blount* p. 113.=115. *Fabric. Bibl. Lat.* L. II. c. XI. p. 385. feqq. *Tom.* I. et p. 358. *Tom.* II. Sed virorum ta-

 men

men accuratae eruditionis, *Petri Burmani*, maioris, (in *Praefat.* ad *Petronium*) et *Joh. Frid. Christii* (in *Excursu* X. ad *Villaticum*, p. 115.=119.) rationes ita mihi placuerunt, vt secundum hos Duumviros in *Quaestionibus Literario-Historicis*, n. CLXXIV. pronunciare non dubitarem, *Petronium* in *Satirico* suo non vitia *Neronis*, sed *Claudii* stoliditatem sale perfricuisse videri. Cuius sententiae vadimonium nondum desero. — — Interim de libris ad *Petronium* pertinentibus inspiciatur

Thom. Crenius in *Animadvers. Philolog.* Part. V. c. I. §. VIII. p. 26. s.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 342.=344. *Vol.* II. p. 1504. et Vol. III. p. 2133.

Hamberger. Part. II. p. 112.=119.

Quae autem *Ioh. Iac. Reiskio* in *Praefatione* alterius editionis *Burmanianae* conflata, & secundum hanc repetita fuerat invidia in *Nov. Act. Erudit.* 1746. Mens. *Novembri* p. 625. seqq. eam cumulate a se depulit vir Celeb. in *Libello Animadversionum ad alteram editionem Burmannianam Petronii*, quatuor partibus distinctarum. *Prima* PARS extat in *Miscellaneis Lipsiensibus Novis* Vol. VI. Part. I. p. 92.=114. PARS II. ibid. Part. II. p. 272.=307. PARS III. ibidem Part. III. p. 488.=524. & PARS. IV. *quae est vltima*, ibidem Part. IV. p. 650.=695.

. . . . . . | . . . . | POMPONIUS MELA, domo Hispanus, Geographus.

Non

Non enim modo *Principis* de Britannia triumphantis L. III. c. VI. oblique meminit, qui nullus alius esse potest, nisi *Claudius*, arg. *Sveton.* in *Claud.* 17. sed etiam *Iöl*, Numidiae vrbem, et regiam *Iubae*, Caesaream vocari scribit, I. de *Situ orb.* c. VI. quod demum nominis a *Claudio* Imperatore ei indultum fuisse videri, intelligitur e *Plinio* V. *Hist. Nat.* 2.

Voss. III. de *Histor. Latin.* p. m. 666.

Pope-Blount p. 104 f.

Crenius in *Animadverf Philolog.* Part. VIII. c. I. §. VI. p. 19. f.

Fabric. Bibl. Latin. L. II. c. VIII. p. 344. *Tom.* I. & p. 475. Tom. II.

Catal. Bibliotb. Bunav. Tom. I. *Vol.* I. p. 334. f. & Vol. II. p. 1432.

Hamberger. Part. II. p. 33.=38.

Ab horum nemine commemoratur editio Reynoldiana, cuius haec est Epigraphe: *Pomponii Melae de Situ Orbis Libri tres ad omnium Angliae & Hiberniae Codicum Mss. fidem* (ita certe titulus credere nos iubet,) *summa cura et diligentia recogniti et collati; Tabulisque cuncta in eo Scriptore Gentium Locorumque amplectentibus, nunc primum illustrati.* Iscae Dunmoniorum 1711. Londini (vel potius eodem in Iscanorum oppido) 1719. & 1761. 4. de qua editione legi omnino meretur *Ioann. Wardus* in Epistola ad *Abrab. Gronovium*, ipseque Cl. *Gronovius* in praefat. *Melae* sui, Lugd. Bat. 1743. minima forma promulgati, p. 10.=15.

49. DIONYSIVS AREOPAGITA, cuius meminit

minit *D. Lucas* in *Act. Apost.* XVII. 34. primus, vt volunt, Atheniensium Episcopus, teste alio quodam *Dionysio*, Corinthiorum Episcopo, ap. *Euseb.* III. *Hist. Ecc.* c. IV. p. 59. B. & IV. *Hist. Eccl.* c. XXIII. p. 116. D. Qui tamen sub eius nomine circumferuntur hodie libri, hunc profecto auctorem habere non possunt, sed recentiori demum aevo, cum vel Archiepiscoporum, Episcoporum, & Monachorum Hierarchia, vel Monophysitarum error invaluerat, consarcinati esse videntur.

Vid. *Anton. Pagius* in *Critic. Baron.* ad A. C. 107. n. VIII. p. 58. 59. Tom. II. in primis ad A. C. 875. n. XVIII. p. 283. *Tom.* XV. ed. *Luc.*

Simson. Chron. ad A. C. 49.

Guil. Caveus in *Script. Ecclef. Histor. Litter.* Vol. I. p. 25. 26. it. p. 225. =228.

Fabric. Bibl. Graec. L. V. c. I. p. 3. seqq. *Vol.* V. Cf. p. 758. *Vol.* VIII.

Michael le Quien in *Dissertationibus Damascenicis* ad *Ioh. Damasceni Opera omnia* Paris. 1712. fol.

Maturin. Veyssierius Lacroze in *Historia Christianismi Aethiopica*, & *Armeniaca*, (*Histoire du Christianisme d'Ethiopie et d'Armenie*, à la Haye, 1739. 8.) p. 5.=20.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1204. 1205. et *Tom.* III. Vol. I. p. 57. f.

Hamberger. Part. III. (*Lemgoviae* 1760. 8.) p. 287.=289.

Q. RHEMNIVS FANNIVS PALAEMON,

MON, Vicentinus, Grammaticus, et carminum Scriptor, argumento *Hieronymi* in *Chron. Eusebiano* ad olymp. CCVI. p. 160.

Imaginem eius mentitur numus recentioris fabricae apud Comitem *Ioh. Mariam Mazzuchellum* in eius *Museo*, sive *Numismatibus virorum doctrina praestantium*, Venet. 1761. fol. Tom. I. Tab. V. Num. VI. Ad hunc quoque *Palaemonem* referri solet lapidis *Gruteriani* DCLIII. 1. titulus e *Manutii* fonte (*Orthograph.* p. 799. voc. VICETIA) haustus, et a *Guil. Fleetwoodo* repetitus p. 215. n. 3. qui de huius Epigraphes legitima antiquitate mallem dubitasset, qvam valde iniqvam in Grammaticos declamatiunculam addidisset. Interim vid. *Voss.* de *Poetis Latin.* c. III. p. 42. & de *Scientiis Mathematicis* c. LXXI. §. 5. p. 421.

Fabric. Bibl. Latin. L. IV. c. I. p. 680. & c. VII. p. 785. *Tom.* I. & p. 735. *Tom.* III.

Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. *Vol.* I. p. 390. & *Vol.* III. p. 2132.

Hamberger. Part. II. p. 39.=41.

Remi s. *Rhemmii Palaemonis Differentiae Sermonum ex libro Svetonii*, fortassis *Prato*, leguntur in *Miscellaneis Observationibus Criticis Novis*, Tom. IX. p. 977.—998. editore viro Celeb. *Iac. Philipp. Dorvilio*, qui tamen, nugaces in multis observationes appellans, aut *Palaemoni* huic, aut *Svetonio* assignandas esse iure negavit.

50. L. IVNIVS MODERATVS COLV-MELLA, ortu Hispanus, rei rusticae cultissimus Scriptor. Post editos *Celsi* libros, et intra *L. Volusii* mortem, qvae A. C. 56. contigit, ruris colendi praecepta tradidisse videtur.

v. *Pope Blount* p. 107. s.

Crenii Animadvers. Philolog. Part. X. c. I. §. I. p. 6.=61.

Fabricii Biblioth. Lat. L. II. c. VII. p. 342. *Tom.* I. & p. 471. Tom. II.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 334.

Hamberger. Part. II. p. 85.=87.

A. (h. e. *Petri Burmanni*, maioris) in *Columellae Praefationem* adnotationes leguntur in *Miscell. observat.* Vol. VII. Tom. II. p. 274=286. in quarum calce vir Celeb. aegre tulisse videtur, *multa defuisse instrumenta Cl. Gesnero ad tantum opus elaborandum.* Verum, quid fecisset, si ab aliis opem petens simile abstulisset responsum lepidum, quale *Schoettgenius* tulit? v. *Io. Matth. Gesneri Praefat.* ad *Rusticos Latinos.* p. X.

. . . . . . | . . . . SCRIBONIVS LARGVS DESIGNATIANVS, Medicus Empiricus, librum suum ad C. Iulium Callistum, potentissimum, vt credibile est, *Claudii* Imperatoris libertum, arg. *Tacit.* XI. *Ann.* 29. et 38. scripsit. Vel sic tamen doctiss. *Munckerus*, *Tiberiani*, inquit, *aevi esse Scriptorem non facile probaueris*, ad *Hygin.* Fab. CI. n. I. p. 190.

v. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. XII. p. 858. *Tom.* I. et p. 857. *Tom.* III. it. *Bibl.*

Bibl. Graec. p. 391. *Vol.* XIII.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 333. & *Vol.* II. p. 1599.
Hamberger. Part. II. p. 38. f.

APOLLONIVS, *Tyanensis* Cappadox, Philosophaster Pythagoricus, et Praestigiator, his iam temporibus, et paulo serius clarus fuit, argumento Epistolae *Claudii* Imperatoris ad Tyanenses apud *Philostratum* in *vita Apollonii* obviae n. LIII. p. 399. ed. *Olear.* in qua decretos *Apollonio* honores probat Augustus, idque factum esse paulo ante excessum Claudii opinatur *Olearius* ad eum l. *Domitiano* tamen principe adhuc floruisse cognoscitur e *Dione Cassio* LXXVII. p. 878. c.

Imaginem eius ex numo aeneo depromtam secundum *Vrsinum*, (*Imagin.* Tab. XXIV.) *Bellorium*, et alios dedit *Gronov. Thes. Antiqv. Graec.* Vol. III. tab. cccc. item in Jaspide viridi apud *Borionum* in *Collectaneis Ant. Rom.* tab. LX. et in *Museo Capitolino*, Tom. I. tab. 52. 53.

v. *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. LXII. §. 4. p. 357.
Ionsius, L. III. c. V. §. 4. p. 20.
Fabric. Bibl. Graec. L. II. c. X. p. 411. *Vol.* I. et L. IV. c. XXIV. p. 60. *Vol.* IV.
Iac. Bruckeri Histor. Critic. Philos. Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. II. §. VIII.=XXIII. p. 98.=158. et in *Appendice*, sive integri Operis Vol. VI. p. 352.=354.
Catal. Bibl. Bun. Tom. I. Vol. II. p. 1030. f. et *Ham-*

Hamberger. Part. II. p. 182.=184.
Nonnullas *Ioh. Laur. Mosbemii*, literatissimi Theologi, disputationes sive *de existimatione*, sive *de Scriptis*, sive *de Imaginibus Telesticis Apollonii Tyanei* iunctim prodire iussit *Ioh. Petr. Millerus* in Eius *Commentationibus* et *Orationibus varii argumenti*, *Hamburgi*, 1751. 8. a p. 347. seqq.

53. ONOSANDER, Philosophus, ut volunt, Platonicus, & officiorum ducis bellici magister.
Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. XXX. p. 766. *Vol.* II.
Catal. Bibliotb. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 145.
Inprimis vero illustris *Zur-Lauben*, Academiae bonarum artium Parisiensi honoris causa adscriptus, in Praefatione ad *Onosandri* Interpretationem Gallo-Francicam p. 6. et eruditissimus *Nicol. Schwebelius* in Praefat. (*** 2.) ad *Onosandri Strategici* editionem *Norimbergensem* 1762. fol. de qua vid. *Acta Litteraria C. A. Klotzii*, Vol. I. Part. I. p. 22.—28. Lipsienses vero mei de ea bis sententiam dixerunt, superioris forte immemores censurae, & quidem in *Nov. Act. Erud.* 1763. mens. *Maio.* p. 201.=211. iterumque a. 1768. *Iul.* p. 313.=319.

Nerone, 54.=68. | 54. Q. ASCONIVS PEDIANVS, Patavinus, Grammaticus, et rerum auctor, argum. verborum eius ad *orat. Cic. pro Scauro* p. 176. *Hieronymus* quidem in *Chron. Euseb.* ad Olymp. CCXIII. 3. p. 163.

p. 163. *Vespasiani* temporibus alligat, vnde duo *Asconios*, alterum Grammaticum, alterum Historicum sumserunt *Scaliger* ad *Euseb.* p. 20. et *Ger. Ioh. Vossius*, I. *Hist. Latin.* c. XXVII. p. 129. s. Sed hac nodi dissolutione non opus esse videtur. Quidni enim decrepitam, et centenario vitae anno proximam senectutem attingere poterat?

Fabric. Bibl. Lat. L. II. c. VI. p. 337. Tom. I. et p. 468. Tom. II.

Catal. Bibl. Bun. Tom. I. Vol. I. p. 334.

Hamberger. Part. II. p. 52.=56.

55. M. VALERIVS PROBVS, Berytius, Grammaticus, argumento *Hieronymi* in *Chron. Euseb.* ad Olymp. CCVIII. 4. p. 161. & *Cassiodorii* in *Chronico*, ad Consulatum *Marcellini*, & *Aviolae*, h. e. A. V. 807. qui est Aerae vulgaris Christianae 55. Ab hoc calculo non multum discrepat *Eduard. Corsinus* in *Prolegom.* ad *Notas Graecorum*, p. 13. *Probum* existimans aetate *Gellium* proxime antecessisse, adeoque circa A. C. 60. floruisse: Quoad Probum minime intercedo, quoad *Gellium* haud proclivis est iudicatio. vid. *Voss.* II. de *Arte Grammat.* c. XXVIII. p. 94 oper. Tom. II.

Fabric. Bibl. Lat. L. IV. c. VI. p. 774. & L. IV. c. VII. p. 785. Tom. I. item p. 668. & p. 736. Tom. III.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 344. seqq.

Hamberger. Part. II. p. 172.=174.

De *Ioh. Georg. van Meel* consilio edendi

Valerium Probum vid. Ampliss. *Gerard. Meermannus* in Praefat. ad *Novum Thesaurum Iuris.* Hagae Comit. 1751. fol. Tom. I. p. VII. quo Tomo a p. 87. seqq. editionem *Probi Soranam Henr. Ernstii*, adiectis *Frid. Tiliobrogae*, s. *Lindenbrogii* Observationibus repeti iusserat vir egregius.

62. L. ANNAEVS SENECA, *Marci* Filius, Cordubensis Hispanus, Cos. suffectus, Philosophus Stoicus, Historicus, orator, et Poëta. mori a *Nerone* coactus A. V. 88. Chr. 66. Imagines ejus de marmore sumtas nobis conspiciendas praebent *Fulv. Vrsinus*, in *Imagin.* tab. 131. *Iac. Gronovius*, *Thesaur. Ant. Graec.* Vol. III. tab. yyy. *Alex. Maffeius* in *Sylloge Statuar.* tab. CXXVIII. & *Musei Capitolini* editor Tom. I. Tab. XX.

Voss. I. de *Histor. Latin.* c XXV. p. 118. s. de *Poët. Latin.* c. III. p. 40.

Pope Blount. p. 109.=111.

Crenii Animadvers. Philolog. Part. IV. c. I. §. V. p. 24. it. Part. V. c. I. §. 1. p. 1. s.

Fabric. Bibl. Latin. L. II. c. IX. p. 357. Tom. I. et p. 480. Tom. II.

Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph. Tom. II. Per. II. Part. I. L I. c. II. Sect. VII. de *Secta Stoica* §. VI.—IX. p. 544.= 562. et in *Appendice* s. Integri operis Volumine VI. p. 389.=391.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 336.=340. Vol. II. p. 1602.=1604. & Vol. III. p. 2133.

Hamberger. Part. II. p. 87.=106.

Variae Lectiones in Excerpta Senecae ex per-

peruetusto Codice Salmasiano, quas *J. Buberius* cum *I. P. D.* [h e. *Ioh. Philippo Dorvilio*] communicaverat, leguntur in *Miscellan. Observation. Nov.* Tom. II. p. 125.=128.

Cum autem *Senecae* Philosopho Tragoediae vulgo tribui soleant, quam vere omnes, nunc non disputo, ab hoc certe loco non alienum fuerit docere, *Io. Caspar. Schroederi* editionem *Tragoediarum Senecae* Delphensem 1728. 4. etiam post eius *Notarum & Animadversionum Vindicias*, quas singularibus chartis, *Delphis* 1730. 4. contra iustam *Actorum Lipsiensium* 1728. p. 449. seqq. censuram in lucem emiserat, nihilo maiori, quam antea, pretio aestimatam fuisse: tum indicare lubet, *Octaviam* Tragoediam ad *L. Annaeum Florum* auctorem retulisse *Ioh. Hildebr. Withofium* in *Relationibus Duisburgensibus* 1737. n. 43. 44. teste ipso viro praestantissimo in *Oratione* de *Telchinibus*, *Duisburgi* 1737. 4. p. 46. et *Io. Gottl. Leidenfrostio*, in *oratione Funebri*, p. 50. 51. porro *Ioh. Iortinii Observationes* in *Tragoedias Senecae* insertis quibusdam A. & B. h. e. *Burmanni* maioris, et *Dorvilii* dubitationibus, in *Miscell. Observat.* Vol. I. Tom. I. p. 68.=80. et Tom. II. p. 287.=290. legi: denique Cl. *Christ. Ad. Klotzium* vna cum *Dav. Henr. Godefr. Pilgrammo* de *vitiis Tragoediarum, quae vulgo Senecae tribuuntur*, *Gottingae* 1765. 4. probabiliter disseruisse. v. *Klotz. Act. Lit.* Vol. II. Part. III. p. 361.=364. & *Comment.* de *Libr. Minor.* Vol. I. Part. I. n. IV. p. 23.

SAECULI. I. Principium.	Aetae Vulg. Christianae.	
. . . . . .	. . . .	ANNAEVS CORNVTVS, Leptitanus, vt vult *Suidas*, quem alii male *Phurnutum* vocant, Philosophus Stoicus, praeceptor *Persii*, et *Lucani*. v. *Voss.* I. de *Histor. Lat.* c. XXVI. p. 125. et de *Poët. Lat.* c. III. p. 43. *Thom Galeus* in *Praefat.* ad *Opuscula Mythologica* §. V. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XV. p. 398. Vol. II. *Iac. Bruckerus* in *Histor. Crit. Philosoph.* Tom. II. *Period.* II. Part. I. L. I. c. II. Sect. VII. de *Secta Stoica.* §. III. p. 537.=540. *Hamberger. Part.* II. p. 120. f.
. . . . . .	. . . .	A. PERSIVS FLACCVS, Volaterranus, Satirographus. Cum enim fato functus esse dicatur A. C. 63. et anno aetatis XXIX. secundum *Hieronym.* in *Chron. Euseb.* ad Olymp. CCX: 2. simul *Cornuti* discipulus esse perhibeatur, teste auctore *Vitae Persii*, commodiori sane anno alligari non poterat. Imaginem eius secundum *Fulv. Vrsinum Imagg. tab* 103. repetendam curavit *Iac. Gronouius Thes. Ant. Gr.* Vol. III. tab aaaa. Quam tamen *Persio* abiudicat *J. Winckelmannus* in *Observationibus* ad *Archaeolog.* p. 116 Alia vultus eius forma cernitur in *Musei Capitolini* Tom. I. tab. XXXIX. v. *Voss.* de *Poët. Lat.* c. III. p. 41. *Pope-Blount.* p. 105.=107. *Crenii Animadv. Philolog.* Part. III. c. I. §. V. p. 15.=17. *Fabric. Bibl. Lat.* L. II. c. XII. p. 393.

393. Tom. I. & p. 550. Tom. II. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. II. *Per.* II. *Part.* I. L. I. c. II. Sect. I. §. V. p. 80. f.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 345.=347. & Vol. II. p. 1499. 1500.

Hamberger. Part. II. p. 70.=74.

Nonnullos antiquiores Persii editores recensuit Emin. Cardin. *Angel. Maria Quirini* in *Brixiana Literatura* Part. I. p. 125=134.

De *Persii* Satiris, cura *Georg. Frid. Sebaldi*, *Norimbergae* laminarum aenearum ope a *Ioh. Mich. Schmidio* descriptis 1765. 4. vid. *Nov. Act. Erud.* 1765. Mens. *Maio* et *Jun.* p. 335.=339. et *Klotzii Act. Liter.* Vol. II. Part. III. p. 352. f. nec non de iisdem, opera eruditissimi viri *J. R Sinneri*, vt aiunt, *Bernae* eodem a. octonis publice excusis, sententiam dixit idem V. C. *Klotzius* in *Act. Liter.* Vol. III. Part. III. p. 320. seqq. vbi nonnullas editoris observationes sub examen vocavit.

. . . . . . | . . . . | M. ANNAEVS LVCANVS, Cordubensis, Carminis de bello civili, quod inter Pompeium et Caesarem gestum erat, auctor eximius, Poëtam, qualis Virgilius fuit, non dixerim, sec. *Petron* in *Satir.* CXVIII. CXIX. *Quinctil.* X. *Inst. orat.* I. 90. *Servium* ad *Virg.* I. *Aen.* 382. & *Burmannum* maiorem in Praefat. ad *Lucanum* Stell 2. n. 4. seqq. quicquid hodie philosophentur alii apud doctissim. *Io. Georg. Meuselium* in eleganti Biga disputationum

de Lucani Pharsalia Halae 1767. & 1768. 4. Enimvero quid sibi velit, aut cuius utilitatis sit *Poëta Historicus*, & *Poëma Historicum*, aeque nego me intelligere atque Σιδηρόξυλον. Interim plura de eo dabunt *Voss.* I. de *Histor. Latin.* c. XXVI. p. 125. =127. & de *Poëtis Latinis*. c. III. p. 41.

Pope-Blount p. 111.=113.

Fabric. Bibl. Lat. L. II. c. X. p. 378. - Tom. I. & p. 528. Tom. II.

Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos. Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. I. §. V. p. 80.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 340.=342. & Vol. II. p. 1403. f.

Hamberger. Part. II. p. 107.=111.

Antiquiores *Lucani* Editores laudauit *Quirinus* in *Brixiana Literatura* Part. I. p. 114.=124.

DD. (h. e. *Joseph. Wassii*) *Lucanus*, adiuncta obseruatione A. h. e. *Burmanni* in *Miscell. Obseruat.* Vol. II. Tom. II. p. 191.=194. item *Ioh. Iortinii Lucanus*, eod. Vol. Tom. III. p. 403. 404. nec non incerti Auctoris (T.) *Animaduersiones Criticae ad Lucani Lib. primum*, in iisdem *Miscell. Obseru.* Vol. III. Tom III. p. 249.—266. reperiuntur.

Nuper de Lucano bene mereri studuit doct. *Ezras de Clerq van Jever*, cuius *Specimen selectarum Obseruationum in M. Annaei Lucani Pharsaliam*, tamquam *nouae Editionis Prodromus*, *cum Praefatione Auctoris Apologetica pro Fama, vita, Moribus, et Amoribus suis Lugd. Batav.*

Batav. 1767. 4. lucem vidit. — *Lucanum* quoque francice loqui iussit *Marmontelius* in libro, cui titulus: *La Pharsale de Lucain traduite en François par Mr. Marmontel* à Paris 1766. 8. Tomis II. Sed quam languida passim ejus sit interpretatio, vnico et contrario exemplo Libri II. demonstravit illustr. Marchio *San-Simonius* in calce versionis Francicae *Popii* de *Homine*, aliorumque opusculorum *Harlemi* 1771. 8. mai. duabus partibus eulgatae a p. 144.=161.

64. Pedanius DIOSCORIDES, Anazarbeus Cilix, Medicus Empiricus, e coniectura et argumentis *I. A. Fabricii*, *Bibl. Graec.* L. IV. c. 3. p. 89. s. Vol. III.

Imaginem eius post *Io. Anton. Saracenum* in principio operis *Dioscoridiani* repetiit *Jac. Gronov. Thes. Ant. Graec.* Vol. III. tab. ooo. idemque ex codice antiquissimo *Dioscoridis* Bibliothecae Caesareae Vindobonensis in *Conspectu posteriori sedentium Medicorum septem* ibid. (tab. mmmm.) et *Io. Alb. Fabricius* in limine Voluminis XII. *Biblioth. Graecae.*

Ceterum inspiciantur *Voss.* de *Philosophia* c. XI. §. 40. p. 91.

Ionsius de *Script. Hist. Philos.* L. II. c. VI. §. 6. p. 173.

Catalog. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 151. Vol. II. p. 1206. et Vol. III. p. 2129.

Hamberger, Part. II. p. 82=84.

AN-

SAECULI. I. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
. . . . . .	. . .	ANDROMACHVS, Cretenſis, *Neronis* AVG. Archiater, eiuſdemque filius ANDROMACHVS, itidem Medicus Graecus. *Voſſ.* de *Philoſophia* et *Philoſophorum Sectis* c. XII §. 8. p 95. ſ. *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XXVI. p. 627. Vol. II. inprimis p. 60. Vol XIII. *Hamberger.* Part. II. p. 119. ſ.
. . . . . .	. . .	EROTIANVS, vel HERODIANVS, *Gloſſarii Hippocratei* auctor, an his circiter temporibus vixit? Nam τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων Συναγωγὴν ad *Andromachum*, incertum, patrem, an filium, ſcripſit. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. XXXVI. p. 571. *Vol.* IV. *Collatio Lexici Erotiani* ex editione *Henr. Stephani* ad Codicem MScptum *Iac. Phil. Dorvilii* V. C. qvae extat in *Miſcell. Obſerv. Nov.* Tom IX. p. 999 = 1019 diligentiae *Ioh. Stephani Bernardi*, literati apud Amſtelaedamenſes Medici, debetur.
Galba. 68. *Othone.* 69. & *Vitellio.* intra annum ferme evectis ad imperium, & extinctis.	68.	C. SILIVS ITALICVS, ipſo fatali *Neronis* anno COS. et Carminis de bello Punico II. ſ. Annibalico praeclarus auctor. v. *Voſſ.* I. de *Hiſtor. Latin.* XXIX. p. 142. = 144. & de *Poët. Latin.* c. 3. p. 41. ſ. *Simſon. Chron.* ad A. V. 821. Chr. LXIX. *Pope-Blount* p. 115 ſ. *Crenii Animadv. Philolog.* Part. IX. c. I. §. IV. p. 7. = 18. *Fabric. Bibl. Latin.* L. II. c. XII. p. 399. Tom. I. et p. 555. Tom. II. *Catal.*

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 347. & Vol. II. p. 1609. *Hamberger.* Part. II. p. 201.=206.

Vespasiano 69.=79. | 69. | S. CLEMENS, *Romanus*, tanquam vnus συνεργῶν laudatur a D. *Paulo* ad *Philipp.* IV. 3. Martyrio affectus esse dicitur A. C. 100. cuius tamen haudquaquam certa fides. Prior eius *Epistola* ad *Corinthios*, quam solam *Hieron. de Scriptor. Eccles.* c. XV. probat, paulo ante aedis Hierosolymitanae eversionem, et quidem hoc anno scripta esse fertur.

v. *Voss.* II. de *Histor. Graec.* c. IX. p. 167.

Pagius in *Crit. Baron.* ad A. C. 78. n. III. p. 700. & A. C. 93. n. III. p. 734. *Tom.* I. ed. *Lucc.* item ad A. C. 100. n. II=XII. p. 14.=20. Tom. II.

Guil. Cave Scriptor. Eccles. Histor. Liter. Vol. I. p. 28.=30.

Fabric. Bibl. Graec. L. IV. c. V. p. 175. *Vol.* III. & L. V. c. I. p. 31. *Vol.* V.

Catalog. Biblioth. Bunav. Tom. I. *Vol.* II. p. 1165. & *Tom.* III. *Vol.* I. p. 56. f. et p. 437.

Hamberger. Part. II. p. 186.=194. Cui quoad ancipitem duarum *Clementis Romani* ad *Virgines* Epistolarum, a Wetstenio in calce Novi Test. editarum, fidem et antiquitatem incognita fuisse videtur cum *Nathanaëlis Lardneri* Dissertatio, (*A Dissertation upon the two Epistles adscribed to Clement of Rome lately published by Mr. Wetstein, London* 1753. 8.) ab auctoribus *Relationum Gottingensium* de *Libris Novis* Vol. II. Fascic. I. n. XIV. & XV. p. 279. seqq.

in compendium missa: tum S. R. *H. Venemae Triga Epistolarum*, Harlingae 1754. eadem forma octuplici edita, (*Cf. Nov. Act. Erudit.* 1756. *Januar.* p. 30.=35.) quarum priori *Io. Iac. Wetstenius* paulo ante mortem respondit Amstelaedami, eod. anno 8. v. *Iacobi Krigbout Sermo Funebris in obitum Wetstenii* p. 36. 38.

.... S. HERMAS. Fortassis idem, cuius meminit D. *Paulus* ad *Romanos* XVI. 14. et cui triplicem librum, *Pastoris* titulo, ex veteri latina interpretatione, notum deberi aiunt. Alii longe serius eum vixisse, *Pii*que, Episcopi Romani, fratrem fuisse, ideoque circa a. 150. floruisse, perhibent, quod nondum praestare ausim.

v. *Gvil. Cave Script. Eccles. Hist. Liter.* Vol. I. p. 30.=32. & ad A. C. 136. p. 57.

Fabric. Cod. Apocryph. Nov. Testam. Tom. III. p. 737.=1036. *Bibl. Graec.* L. V. c. I. p. 7. Vol. V. it. p. 808. *Vol.* XIII. & *Bibl. Latin. Med.* Tom. III. p. 719.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. III. Vol. I. p. 56. Aliique viri eruditi ab *Hambergero* laudati *Part.* II. p. 321.=323.

De *Ruseliana Hermae* editione vid. supra in v. *Barnabas* p. 234.

.... Q. CVRTIVS RVFVS, rerum *Alexandri* Macedonis Scriptor, forte huius est aetatis, e verisimili coniectura *Rutgersii* I. *Var. Lect.* 19. et *Ger. Ioh. Ger. Vossi* I. de *Histor.* Lat. 28. Neque

que enim aut cum *Perizonio* in *Curtio restituto*, *et vindicato* L. B. 1703. 8. p. 3. seqq. ad *Tiberii*, aut cum *Hambergero* l. l. Part. II. p. 42.=52. ad *Claudii* aetatem referre, multo minus cum *Gasp. Barthio* ad *Claudian.* I. in *Rufin.* 275. ad Saeculum *Theodosianum* detrudere possim.

v. *Pope-Blount.* p. 121=123.

Fabric. Bibl. Lat. L. II. c. XVII. p. 439. *Tom.* I. et p. 714. *Tom.* II.

Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I p. 357. s. et *Vol.* II. p. 1188. Aliquot loca *Vaugelasianae Curtii* interpretationis jure reprehendit doctiss. *Puteanus*, (vulgo *Du Puy*) in *Reflexions sur les moyens de perfectionner les bonnes Traductions Françoises des anciens Auteurs*, *et quelques Remarques à ce Sujet par Mr. Du Puy. Histoire de l'Academ. Royale des Inscriptions* Tom. XXIX. p. 323.=327.

. . . . . . | . . . | Fragmentum SENATVS CONSVLTI, quo, tanquam LEGIS REGIAE ludibrio, idem *Vespasiano* imperium, atque olim *Octaviano Caesari*, *Tiberio*, et *Claudio* decretum esse dicitur, in *Tabula aenea Capitolina*, etiamnunc superstite, primum ante quinque circiter saecula Romae inuenta, (teste *Leopoldo Metastasio* in Praefat. *ad Tabulam aeneam Capitolinam* p. X. XI.) deinde a viris eruditis saepius vel edita, vel repetita, vel νοθείας accusata, vel afferta, & illustrata, vel denique commemorata duntaxat et laudata obiter. Sunt autem, quibus monumenti editionem, aut inter-

terpretationem aut censuram debemus, potissimum hi:
vid. omnino *Euseb.* VII. *Hist. Eccl.* VI. =IX. *Hieron.* de *Script. Eccl.* LXIX. *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. XL. §. 4. p. 224. — *Pagii Crit. Bar.* ad A. C. 246. III. IV. p. 555. 556. Tom. II. — *Caveus* l. l. Vol. I. p. 124.=126. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 263.= 267. Vol. V. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 70. — *Hamberg.* Part. II. p. 605.=607.

NO-

SAECULI III. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
Decio. 249.-252. *Gallo*, & *Volusiano.* 252.-253.	251.	NOVATIANVS, Presbyter Romanus, auctor *Novatianorum*, *Cornelii*, Pontificis Romani, aemulus, in concilio Romano hoc ipso anno anathemate percussus, vt recte ratiocinatus est *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. C. 251. n. XX. & XXVI. p. 624. & 629. Tom. II. Ceterum legantur *Euseb.* VI. *Hist. Eccl.* XLIII. *Hieron.* de *Script. Eccl.* LXX. — *Caveus* I. I. Vol. I. p. 129. 130. *Fabric. Bibl. Med. Lat.* Tom. V. p. 426. — *Hamberger.* Part. II. p. 570.=573. — Nonnulla eius loca tentauit & illustravit *Thomas Wopkensius*, (is enim sub literarum notis T. AE. W. S. latet,) cuius *Adversaria Critica* siue in *Novatiani librum de Trinitate*, siue in *Novatiani Epistolam de cibis Judaicis* offerunt *Miscell. Observ.* Vol. IX. Tom. I. p. 51.=73.
	252.	PLOTINVS, Lycopolitanus, *Ammonii Saccae* discipulus, magister *Porphyrii*, Philosophus in nonnullis *Platonicus*, in plerisque *Eclecticus*. Nat. A. C. 205.=Θ. A. C. 270. vid. *Pagii Crit. Baron.* A. C. 263. n. III. p. 147. & A. C. 270. n. V. p. 174. Tom. III. ed. Luc. Circa hunc annum, *Gallo* principe, animum ad scribendum appulisse videtur, argumento *Porphyrii* in vita *Plotini* c. IV. quam totam vitam hinc inde castigatam *Bibliothecae* suae *Graecae* inseruit *Jo. Alb. Fabricius*, L. IV. c. 26. p. 91.=147. Vol. IV. Addantur quoque *Suidas*, in v. Πλωτῖνος. — *Voss.* de *Philosoph. Sect.* c. XVI. §. 3.

3. p. 78. *Pope-Blount*. p. 203. *Fabric. Bibl. Gr.* I. l. p. 88=91. *Jac. Bruckerus* in *Hist. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. §. X.=XII. p. 217.=231. & in *Appendice* s. *integri operis Volum.* VI. p. 368. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 191. & Vol. III. p. 2131. — item *Hamberger*. Tom. II. p. 607. =610.

Valeriano & Gallieno 253.-268. | 258. | *Thascius Caecilius* CYPRIANVS, Afer, primum gentilis Rhetor, postea Christianus, & ab A. C. 248. Episcopus Carthaginiensis, hoc ipso anno Martyrium pro Christi doctrina intrepide subiisse fertur. v. *Hieron.* de *Script. Eccles.* LXVII. *Voss.* de *Poetis Latin.* c. IV. p. 53. — *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. C. 248. n. II.=VII. p. 562.=566. A. C. 250. n. V. VIII. X. XI. XIV. p. 572.=575. A. C. 251. n. XV.=XXI. XXIII. p. 620.=627. Tom. II. A. C. 252. n. III. V. VII. IX. XI. XVI. XX. p. 3. seqq. inprimis vero A. C. 258. n. VIII. IX. p. 93.=97. Tom. III. ed. *Luc.* — *Pope-Blount* p. 201. s. — *Guil. Caveus* l. l. Vol. I. p. 126.=129. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 699. it. c. 3. p. 728. Tom. I. & p. 377.=387. Tom. III. nec non *Bibl. Med. Lat.* Tom. I. p. 1252. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1189. s. Vol. III. p. 2157. & Tom. III. Vol. I. p. 137. s. — *Hamberger*. Part. II. p. 592. =602. — *Jo. Walkerus* ad libellum eius de *Oratione Dominica* nonnihil

opis

opis criticae ex codicibus Mfcriptis attulit in *Mifcell. Obferv.* Vol. III. Tom. I. p. 53. f. — *Exhortationem* vero eius non magni momenti *de poenitentia* vel ad *poenitentiam* primus e Bibliotheca Canonicorum Regularium S. Salvatoris editam illuftravit *Ioh. Chryfoftom. Trombellius*, S. Salvatoris Bononiae Abbas, in *Cypriani*, *Hilarii*, *aliorumque veterum Patrum Latinorum Opufculis*, *Bononiae* 1751. 4. mai. p. 1.=32. — Denique *Acta inter S. Cyprianum et Stephanum in disceptatione de Haereticis baptizandis collecta*, *vindicata*, *et animadverfionibus illuftrata* edidit *Frid. Eberhard. Boyfen*, Lipfiae, & Qvedlinburgi 1762. 4. vid. *Ernefti Nova Bibliotheca Theologica* Tom. III. Part. IX. p. 856. =861.

SIXTVS II. f. XYSTVS, Athenienfis, vt fabulantur, ex Philofopho Epifcopus Romanus, *Stephani* A. C. 257. fucceffor, et hoc anno crucis fupplicio affectus effe perhibetur, argumento eorum, quae in medium attulit *Pagius*, *Crit. Baron.* ad A. C. 258. n. II. III. p. 92. 93. T. III. ed. *Luc.* Ad hunc *Sixtum* auctorem *Enchiridion* Sententiarum *Sextii*, vel *Sexti*, Philofophi Pythagorei, et Stoici, (cuius fupra memini ad A C. 190 p. 333.) male vulgo referunt, quotquot *Rufini* fuco decepti etiamnunc *Vrbanum Godofred. Siberum*, Theologum alioqvin Hiftoriae Ecclefiafticae peritiffimum, fequuntur, tamquam *Hambergerus*, l. toties l. Part. II. p. 588.=592 (Cf. *Catal. Bunav.* Tom.

III. Vol. I. p. 138. 139.) Equidem nondum adduci possum, vt a sententia virorum doctiss. *Thomae Galei*, in *Praefat.* ad *Opuscula Mythologica*, & *Io. Alb. Fabricii*, *Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 645. s. Vol. XIII. quam prae me tuli in *Quaest. Liter. Historica.* n. CCXII. me divelli patiar. Inspici quoque potest *C. Schoettgenius* in *Bibliothecae Fabricianae Med. Lat.* Tom. VI. p. 553. s. inprimis vero *Jac. Bruckerus* in *Hist. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Parr. I. L. I. c. II. Sect. II. §. III. & IV. p. 86.=95.

260. PAVLVS, *Samosatenus*, ab eo anno post *Demetrianum* Episcopus Antiochenus, sed a Synodo *Antiochena* secunda erroris damnatus magistratu illo excidit A.C. 272. vid. *Euseb.* VII. *Hist. Eccl.* 27.=30. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 271. n. III.=VI. p. 178.=182. et ad A C. 272. n. III. p. 185. Tom. III. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p 134. 135. et *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 279. s. Vol. V.

... CALLINICVS, Rhetor et Sophista. v. *Ionsius* de *Script. Hist. Philos.* L. III. c. XIV. §. 5. p. m. 89. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. XXX. p. 412. s. Vol. IV. et *Hamberger.* Part. II. p. 588.

... MINVCIANVS, Nicagorae F. Rhetor Atheniensis, eorumdem videtur esse temporum. vid. *Jonsius* L. III. c. XIV. §. 5. p. 89. — *Fabric. Bibl. Graec.*

Graec. L. IV. c. XXXI. p. 460. seq. Vol. IV. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 242. — *Hamberger.* Part. II. p. 587.

267. *Dionysius* LONGINVS, Philosophus Eclecticus, & Rhetor apud *Zenobiam*, Palmyrae post *Odenathen*, eius maritum, hoc anno occisum, dominam, gratia florens, magister *Porphyrii*: cuius liber περὶ ὕψους vtinam integrior, nec tam misere truncatus ad nos peruenisset.

vid. *Voss.* II. *Hist. Gr.* c. 16. p. 195. s. *Jonsius*, l. I. L. III. c. XIV. §. 4. p. 89. — *Pope-Blount.* p. 200. 201. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. 31. p. 435.=448. Vol. IV. — *Jac. Bruckeri Hist. Critic. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. §. VIII. p. 214.=216. & in *Appendice* s. *integri operis* Vol. VI. p. 367. 368. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 192. s. et Vol. II. p. 1400. — *Hamberger.* Part. II. p. 616.=622. — *Nicol. Boëlavii* versio *Longini* de sublimi sub examen vocata est ab A. A. hoc est *Thoma Hutchinsono*, in *Miscell. Observ.* Vol. I. Tom. II. p. 145 =148. — Praeterea Nobilissimum illum *Longini* locum de sublimitate verborum *Mosaicorum*: *Fiat lux et facta est*, noua luce perfundere tentavit *Christo. Wollius*, singulari libello, Lipsiae promulgato 1734. 4. tandem *Longinum* ad recensionis *Pearcianae* exemplum repetiit, *Animaduersiones interpretum excerpsit*, *suasque*, & *novam versionem adjecit*

cit Sam. Frid. Nathan. Morus, Philosophiae Professor Lipsiensis, Lipsiae, 1769. 8. vbi simul in Praefatione a p. XXIII. librorum scriptorum et editorum ratio redditur. v. tamen Nov. Act. Er. 1769. Nov. p. 516=523. et Klotzii Act. Liter. Vol. VI. P. III. n. IV. p. 306.=318. Idemque vir doctissimus nuper Libellum Animadversionum ad Longinum scripsit & edidit Lipsiae, 1773. 8. mai.

Claudio II. f. Gothico 268.-270. ... DEXIPPVS, Herennius, Rhetor & Historicus, horum circiter annorum esse videtur, non miscendus cum Dexippo Philosopho, infra ad A. C. 335. commemorando. Eius meminit Trebellius Pollio, in Gallienis duobus c. 13. vid. Voss. II de Hist. Gr. c. XVI. p. 196. s. & Fabric. Bibl. Graec. L. V. c. 5. p. 231. 232. Vol. VI.

... AQVILA Romanus, Rhetor, & interpres Alexandri Numenii, de quo supra ad A. C. 172. p. 320. num ad hunc annorum orbem referri possit? Antoninis certe principibus recentiorem, & Constantinis antiquiorem probabiliter sumsit Cl. David. Ruhnkenius in Praefat. ad Rutilium Lupum, p. XXIV. s. & ad Aquilam Romanum, p. 140.

... ACHILLES TATIVS, Alexandrinus, Astronomus, & Scriptor Eroticus, an eiusdem forte aetatis est? quoniam in Isagoge sua nullius Hypsicle recentioris Astronomi & Mathematici meminit. v. Voss. de Scient. Mathemat. c. XXXII. §. 29.

§. 29. p. 166. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. V. p. 104.=106. & L. V. c. VI. p. 811=813. Vol. VI. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 236. *Montuclae Histor. Mathes.* Tom. I. Part. I. L. V. §. 5. p. 312. f.

... COMMODIANVS, Afer, Poëtaster Christianus, & *Instructionum aduersus Gentium Deos* auctor, circa haec tempora vixisse censetur iudice *H. Dodwello*, in *dissertatione Miscellanea II. de editi a Cl. Rigaltio Commodiani aetate*, §. 2. 3. 5.

vid. *Gul. Caveus* l. l. Vol. I. p. 136.= 138. *Fabric.* L. IV. *Bibl. Lat.* c. 2. p. 712. 713. T. I. et p. 314. T. III. it. *Bibl. Med. Lat.* T. I. p. 1139.= 1143. — *Hamberger.* Part. II. p. 602. =605.

Aureliano. 270.-275. | 273. | ANATOLIUS, Alexandrinus, ab eo, quem signavi, circiter anno Episcopus in Syria Laodicenus. (v. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 269. n. IX.=XI. p. 171. 172. T. III. ed. *Luc.*) Mathematicus et Philosophus, diversus tamen ab alio mox secuturo *Anatolio*, itidem Philosopho.

v. *Euseb.* VII. *Hist. Eccl.* XXXII. *Hieron.* de *Script. Eccles.* LXXIII. p. 162. 163. ed. Bibl. Eccl. — *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. L. p. 310. — *Caveus* l. l. Vol. I. p. 136. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. III. c. XI. p. 274.=278. Vol. II. & L. V. c. I. p. 277. Vol. V. — *Jac. Bruckerus* in *Histor. Crit. Philos.* Tom. III. Period. II. Part. II. L. I. c. III. §.

 XVIII.

XVIII. p. 459.=462. *Hamberger.* Part. II. p. 627.=629.

Tacito. 275.-276. *Floriano.* 276. | 275. MODESTVS, vocabulorum rei militaris interpres, cuius aetatis expressa habet vestigia, si modo verus est, libelli titulus *ad Tacitum Augustum.* diversus a *Julio Modesto*, Grammatico, ap. *Sueton.* de *illustr. Gramm.* c. 20. forte qui *de feriis* scripsit, teste *Macrobio*, I. *Sat.* IV. item a *Modesto*, cuius est II. *Anthol. Latin.* Epigramma CLXXI.
vid. *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. XII. p. 617. Not. l. & 718. *Tom.* I. it. p. 133. Tom. III. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 410. et *Hamberger.* P. II. p. 622.=624.

... METIVS VOCONIVS, f. vti *Vopisco* in *Tacit.* 9. dicitur METIVS FALCONIVS NICOMACHVS, cuius oratiunculam *Tacito* Augusto dictam, ex codice MScripto recognitam illustravit, suisque *Miscellaneis politioris Humanitatis Christi. Gottlib. Schwartzius*, V. C. adjunxit, Norimb. 1721. 4. a p. 125.=131.

Probo. 276.-282. | 277. MANES, f. MANICHAEVS, gente Persa, cuius impietas hoc anno disseminari coepit.
vid. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 277. n. VI.=VIII. p. 212. 213. T. III. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 138.=144. *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 281. =296. Vol. V.

AR-

SAECULI. III. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
	278.	ARCHELAVS, Carrharum in Mesopotamia Episcopus, hoc circiter anno disputationem suam Anti-*Manetianam* evulgavit, argum. *Hieron.* de *Script. Eccl.* LXXII. Cf. *Pagii Crit. Bar.* ad A. C. 282. n. III. IV. cum adnotatione *Jo. Domin. Mansii* p. 220. T. III. Inspiciantur simul *Guil. Caveus* l. l. Vol. I. p. 144. 145. *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 262. 263. Vol. V. *Catal. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 71. et *Hamberger.* Part. II. p. 624. 625.
	....	ANATOLIVS, Philosophus, praeceptor *Iamblichi*, aequalis *Porphyrii*, a quo Ζηλήματα ὁμηρικὰ acceperat, non miscendus cum superiori *Anatolio* Laodiceno. Idemne, cuius fragmentum extat περὶ Συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν; vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. IV. c. XXIX. p. 295.=333. Vol. IV.—*Hamberger.* P. II. p. 640. 641.
	circa 280.	PORPHYRIVS, proprio Syriaci oris nomine *Malchus*, ortu, vt volunt nonnulli, *Bataneotes*, (pro quo non admodum verisimiliter legendum iudicavit *Heumannus* Βιθυνιώτης,) vt credibile est, *Tyrius*, (v. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 302. n. IX.) discipulus *Plotini*, & *Longini*, Philosophus Pythagoreo-Platonicus, et Mathematicus. Nat. A. C. 233.=☉ circa A. C. 305. intra quos vitae eius terminos hic annus, tamquam medius ferme, celebritatem nominis designare et ferre potest. An vero idem sit, atque ille, qui cultus Christiani disciplinam acerbe oppugnavit,

vit, cum *Pagio* in *Crit. Baron.* ad A. C. 302. n. X.=XIII. p. 316.=321. dubitauerim.

vid. *Voss.* II. de *Histor. Graec.* c. XVI. p. 197.=199. & de *Scient. Mathem.* c. LXI. §. 6. p. 358. *Jonsius* de *Script. Histor. Philos.* L. III. c. XV. §. 1.=5. p. 81.=85. *Pope-Blount*, p. 206.=208. *Guil. Cave* l. l. Vol. I. p. 156. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. XXVII. p. 180. =281. Vol. IV. Cf. quoque L. II. c. 3. p. 292. 293. Vol. I. *Jac. Bruckerus* in *Histor. Crit. Philosoph.* T. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. §. XV.= XIX. p. 236.=260. & in *Appendice s. integri operis Volum.* VI. p. 368. 369. *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. I. p. 194. 195. & Vol. II. p. 1528. *Hambergeri* Part. II. p. 641.=648. De *Burignyana Porphyrii* versione Francica vid. *Nov. Act. Erud.* 1752. Mart. Part. II. p. 185. =187. Jungere liceat eos, qui nouissime quosdam *Porphyrii* libros sigillatim sibi illustrandos sumserunt, tanquam *de antro Nympharum* Cl. *R. M. van Goens*, Graecis ad fidem editionum restitutis, cum versione *Holstenii*, & *C. Gesneri*, animadversionibusque subiunctis, item praemissa *Dissertatione Homerica ad Prophyrium*, Trai. ad Rh. 1765. 4. (v. *Klotzii Act. Lit.* Vol. III. P. IV. p. 378.) Eiusdem vero *de Abstinentia ab esu animalium libros IV.* itidem vir Clar. *Iacob. de Rhoer*, graece & latine cum interpretatione latina *Io. Bern. Feliciani* virorumque doctorum & suis adnotationibus recensuit, promulgavitque Tr. ad Rh. 1767. 4. *Nov. Act.*

SAECULI. III. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
		Act. Erudit 1768. Jul. p. 289.=297. et *Ernesti Nova Biblioth. Theolog.* Tom. IX. Part. I. n. IV. p. 54.=67.
Caro, *Carino*, & *Numeriano*, patre, & filiis. 282.-284.	284.	M. AVR. OLYMPIVS NEMESIANVS, Carthaginiensis, Carminum venaticorum non ignobilis auctor, cuius aetate nihil certius. *Numerianus* enim princeps cum *Olympio Nemesiano* versu contendisse dicitur *Vopisco* in *Numerian.* c. XI. ipseque *Nemesianus* Κυνηγετικὰ sua *Carino*, et *Numeriano* inscripsisse videtur, argum. *Cyneget.* vers. 76. idem quoque ambo Caesares, vt *Divi fortissima pignora Cari* vers. 64. laudat. *v. Voss.* de *Poët. Lat* c. IV. p. 53. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. V. p. 545. s. Tom. I. & p. 81. s. Tom. III. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. I p. 388. — *Hamberger.* Part. II. p. 629. 630.
	...	T. IVLIVS CALPVRNIVS, Siculus, *Nemesiano* σύγχρονος Eclogarum Scriptor, *Caro* Imperatori a memoria, et Epistolis, arg *Vopisc.* in *Caro*, 8. vid. *Tristan. Comment. Hist.* T. III. p. 310. 311. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. V. p. 544.=547. T. I. et p. 82. T. III. *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. I. p. 388. et *Hamberg.* Part. II. p. 631.
Diocletiano, in oriente. 284.-305. *Maximiano Herculeo*, in occidente. 286.-305.	288.	CL. MAMERTINVS, maior, fortassis idem, qui *Claudius Eusthenius*, *Diocletiano* AVG. ab Epistolis, secund. *Vopisc.* in *Carino*. 18. Historicus, & orator, hoc anno, et die quidem vrbis natali Panegyricum *Maximiano Herculeo*, AVG. dixit.

v. *Voff.* II. de *Hift. Lat.* c. V. p. 172. f. — *Pagii Crit. Baron.* A. C. 287. n. IV. p. 251 et 288 n. II. p. 253. T. III. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. II. c. XXII. p. 484. f. T. I. et p. 769. feq. T. II. vel fecundum Lipfienfe exemplum, T. II. p. 424. nec non *Bibl. Med. Lat.* T. I. p. 1083. f. *Catal. Bun.* T. I. Vol. p. 255. f. *Hamberger.* P. II. p. 635. f.

circa. 290. AEL. LAMPRIDIVS SPARTIANVS, non diverfus, vt videtur, ab AELIO LAMPRIDIO, *Diocletiani*, *Conftantii Chlori*, & *Conftantini* AVGGG. temporibus floruit. *Diocletiani* enim fe *fuum*, h. e. peculiarem vocat, in principio vitae *Aelii Veri*: *Getam* vero fuum, *Elagabalum*, & *Alexandrum Severum* ad *Conftantinum* AVG. mifit. Vita *Avidii Caffii*, quantumvis VULCATII GALLICANI, V.C. nomen praeferat, tamen nescio an ad alium, quam *Spartianum* auctorem pertinere videatur. Ideoque non opus eft VULCATII nomen figillatim ponere. v. *Voff.* II. de *Hift. Lat.* c. V. p. 173. =175. & c. VI. p. 180. 181. — *Pope-Blount*, p. 208 =210. *Henr. Dodwelli Praelect. Camdenian. Prael Proöemial.* I. de VI. Hiftor. *Auguftae Scriptoribus* §. V. = XVII p. 36 =52. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. VI. p. 546 =548. T. I. et p. 83. feq. T. III. — *Hamberger.* Part. II. p. 632. =635. de Vulcatio Gallicano p. 656. f. et de Lampridio p. 672. 673. Et quoniam *Spartianus Hiftoriae*, quos vocant, *Auguftae* Scriptorum princeps effe folet, hoc loco non placet omittere,

tere, *Thom. Crenium* nonnulla ad hanc Scriptorum Syllogen suo more animadvertisse in *Animadvers. Philolog.* Part. XI. c. I. §. III. p. 38.=56. tum *Ioh. Iortinium* eidem passim suam emendandi medelam attulisse, in ordinem tamen subinde coactum a Duumviris sat notis A. & B. in *Miscell. Observ.* Vol. IV. T. II. p. 220.=250. & tandem pro solenni nunc Lipsiensibus consuetudine *Historiae* quoque *Augustae Scriptores* VI. *cum praefatione J. A. Ernesti* curatos, *& Indicem latinum* additum fuisse a *Io. Petr. Schmidio*, *Lipsiae.* 1773. 8.

... Eiusdem cum *Spartiano* aetatis fuisse videntur tres reliqui rerum Caesarearum auctores:

IVLIVS CAPITOLINVS. Vti enim singuli huius generis Scriptores non vno omnes suas Imperatorum vitas tempore, sed aliam his, aliam aliis, concinnasse videntur annis, sic nihil impedit, quo minus *Capitolinum* quoque, mox *Diocletiano*, mox *Constantino* AVGG. scripsisse sumamus. Quoad priorem principatum non vtar argumento nominis *Diocletianei*, vitis *Antonini Pii*, *Veri*, *Opilii Macrini* praescripti, (scio enim, quam fallaces saepe sint tales Epigraphae,) sed *Vopiscum* antestor, qui *Iulium Capitolinum*, vt se vetustiorem, laudat in *Probo.* 2. Neque tamen labentibus ei annis, nominatim sub *Constantino* M. scribendi facultas & locus defuit. *Constantinum* enim *maximum* alloquitur in *Maximin. duobus* c. I. & in

in *Clod. Albino* c. 4. haud levis superest ratio, cur credamus, hanc vitam circa A. C. 335. ab eo literis consignatam fuisse.

vid. *Voss.* II. de *Hist. Lat.* c. VII. p. 179. 180.—*Pope-Blount.* p. 211. 212.—*Henr. Dodwelli Praelectio Prooemialis* II. §. I.=XII. & III. §. 1.=VII. p. 53.= 81. it. Prael. VI. §. V. p. 132. s. —*Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. VI. p. 548. T. I. & p. 84. T. III. — *Hamberger.* Part. II. p. 697. 698.

... TREBELLIVS POLLIO, ante *Vopiscum* locandus, quod ab hoc in *Aurel.* c. 2. defenditur, et in *Firmo* c. 1. nominatur. Alioqvin *Constantii Chlori* & *Constantini* M. imperio subfuisse recte creditur, vt ex eius *Gallienis* duobus, c. 7. & 14. item *Claudio*, c. 1. apparet. De eius autem negligentia vti iam olim *Tiberianus* apud *Vopisc.* in *Aurelian* c. 2. sic nostra aetate iure questus est Cel. *Henr. Cannegieterus* in singulari huius argumenti disputatione, cultissimo libro, de *Mutata Romanorum nominum sub Principibus ratione* Trai. Rh. 1758. 4. a p. 175. seq. inserta. Equidem tam de accuratione eius, quam de candore et fide dubitaverim, vt suo fortassis loco pluribus ostendam. Interim lege *Voss.* II. de *Hist. Lat.* c. VI. p. 175. =178. — *Henr. Dodwell. Praelect. Camden. PraelectionemProoemialem* IV.§.XIV. *Prael.* V. §. IV. p. 103.=113. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. VI. p. 550. 551. Tom. I. aliosque viros doctos ab *Hambergero* Part. II. p. 659. s. laudatos.

FLA-

. . . FLAVIVS VOPISCVS, Syracusanus, *Junii Tiberiani*, Praefecti vrbi, suasu hortatuque *Aureliani* Imper. vitam descripsit, cuius praefectura cum in A. C. 291. cadat, vt recte ostensum est ab *Eduard. Corsino*, in *Serie Praefectorum vrbis*, ad h. a. p. 159. facilis est ad iudicandum ratio, cur hanc potissimum temporis notam ad claritatis eius designationem idoneam esse iudicaverim, quamquam non nego, alias eum vitas serius scripsisse videri.

v. *Voss.* II. de *Histor. Lat.* c. VII. p. 181. 182. — *Ionsius* de *Script. Hist. Philos.* L. III. c. XVI. §. 1. p. 87. s. — *Henr. Dodwelli Praelectionum Camdenianarum Praelect. Prooemial.* V. §. V=XII. p. 113.=126. & *Prael. Prooem.* VI. §. I. seq. p. 127.=150. *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. VI. p. 551. T. I. & p. 85. T. III. — *Hamberger.* Part. II. p. 670. 671.

297. EVMENIVS, Augustodunensis Aeduus, Rhetor, magister sacrae memoriae in palatio *Constantii Chlori*, adhuc Caesaris, postea iterum Rhetor, hoc ipso anno Panegyricum de recepta Britannia coram *Constantio* Caesare recitauit, secundum verisimilem *Pagii* in *Crit. Baron.* ad A. C. 297. n. VIII. & IX. p. 282. 283. T. III. computationem. Interim legendi *Steph. Vin. Pigbius* in *Hercule Prodicio* p. 38.=60. — *Fabric. B. L.* L. II. c. XXII. p. 484. Tom. I. & p. 769.=771. T. II. vel Lipsiensis Vanni Tom. II. p. 424. 425. — *Papillon Bibliotheque des Auteurs de Bour-*

gogne Tom. I. p. 203.=205. — *Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1229. — *Hamberger.* Part. II. p. 660.=664. Non satis mirari possum, reperiri etiamnunc nonnullos, qui mox fabellam illam de *Eumenio*, Clivensium Rhetore, etiam post gravissimam *Lipsii* censuram in *Excursu* H. ad *Tac.* III. *Ann.* 43. resuscitent, tamquam *Io. Henr. Hagenbuchius* in libello, cui index: *Eumenius Rhetor redivivus*, Susati 1733. 8. & *Joseph. Hartzheim*, doctus alioqvin Iesuita, *in Bibliotheca Coloniensi* v. *Eumenius* p. 76. 77. mox statuam, nescio cuius, a *Teschenmachero*, & aliis depictam cum ferula, sive patella manubriata, quali plagosi inter Batavos Orbilii pueros suos in obsequio continent, *Eumenio* vindicandam esse nugentur, mox titulum ibidem positum, & saepius editum, *veterem Inscriptionem* esse censeant. Qui enim vel mediocrem antiquitatis sensum habent, statim adulterinam recentioris fabricae mercem subodorabuntur. Proinde vellem istud de *veteri Inscriptione* iudicium in nova *Bibliothecae Fabricianae* editione Tom. II. p. 424. vel emendatum vel deletum fuisset.

298. ARNOBIUS, Siccensis Afer, Rhetor, postea Theologus Christianus, praeceptor *Lactantii*, ab alio *Arnobio* A. C. 450. secernendus, *Ecclesiasticorum Scriptorum Varro* dicitur *Vossio*, IV. *Instit. Orat.* c. X. Sect. IX. p. m. 188. hoc ipso anno vel proximo *adversus gentes* scripsit, argumento annorum *quinquaginta & mille*, quos aetatem vrbis Romae

mae ducere ipse ait L. II. p. 94.
vid. *Hieron.* de *Scr. Eccl.* c. 79. p. 165. s. ed. *Bibl. Eccles.* — *Pagii Critic. Baron.* ad A. C. 302. n. XIV.=XVI. p. 321. =323. — *Pope-Blount.* p. 213.=216. *Guil. Cave* l. l. Vol. I. p. 161. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. III. p. 728. 729. T. I. et p. 388.=394. T. III. it. *Bibl. Med. Lat.* Tom. I. p. 359. — *Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1043. & T. III. Vol. I. p. 134. s. — *Hamberger.* Part. II. p. 650=656. Exercitationis, *Variorum de Arnobio Afro, ejusque Theologia, iudicia exhibentis* Antelogium *de non contemnenda antiquissimorum inter Christianos doctorum scientia* dedit *Samuel Lutherus Geret*, Witebergae 1752. 4.

... VICTORINVS, Petavionensis Pannoniae Episcopus, non miscendus cum *Victorino* Afro ad A. C. 355. Martyrium passus A. C. 303.
vid. *Hieron.* de *Scr. Eccl.* c. LXXIV. p. 163. =165. ed. *Fabric.* — *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 303. n. IX. p. 348. s. — *Guil. Cave* l. l. Vol. I. p. 147.=151. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 710 & c. 3. p. 729. s. Tom. I. item *Christ. Schoettgenius* in *Bibl. Med. Lat. Fabric.* T. VI. p. 822. s. — *Catalog. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 139. — *Hamberger.* Part. II. p. 648=650.

... ALCIPHRON, Rhetor & Sophista, item
... TIMAEVS, Sophista & Grammaticus,
num his circiter temporibus se alligari patientur? *Al-*

Alciphronis aetatem, utut incertissimam, nemo adhuc subtiliter definivit, ipso *Berglero* valde inconstante & vario. Mox enim *Luciano* recentiorem ad I. Ep. XVII. XVIII. p. 66. & XX. p. 77. & *Diogene Laërtio* antiquiorem, in *Praefat.* ad *Alciphronis* Epistolas prope fin. sumit, mox *Luciano* vetustiorem esse censet ad III. Epist. LV. p. 412. Quomodo efficere potuerit ἐκ καππαδοκίας πρῶτος ἣν ἑλλάδα ἥκων, in *Alcipbr.* II. Ep. II. p. 216. vt eruditiss. *La Crosius* sibi persuaderet, hunc epistolarum Scriptorem ad IV. aut V. Saeculum pertinere, teste *Jo. Christo. Wolfio* in *Thesauro Epistol. Lacrosiano* T. II. p. 85. ejus argumenti profecto vim non intelligo. Equidem prope medium inter *Lucianum* & *Aristaenetum* collocaverim, illum quippe auctorem, hunc imitatorem subinde dictionis *Alciphroneae*. Interim legatur *Fabric.* B. Gr. L. II. c. X. p. 420. 421. Vol. I. & *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 237. Quorum dictis & libris ad *Alciphronem* pertinentibus haec addere lubet, primum longe plurimas ad *Alciphronem* scripsisse animadversiones *M. V. La Croze*, testibus ejus literis ad *Iablonskium* datis, in *Thes. Lacroziani* T. III. p. 151. 152. & indice *Catalogo Bibliothecae Jordanio-Lacrozianae*, Sect. VIII. n. 21. p. 100. quarum plerasque *Berglerus* non opportune neglexerat, tum *Jo. Christo. Wolfium* nonnullas ad *Alciphronem Berglerianum* emendationes dedisse in eod. *Thesaur. Lacroziano* T. II. p. 83.=85. in quibus nominatim illa est πρινὴ βεβῆναι,

θῆναι, quam doctiss. *de Medenbach Wakker* in *Amoenitat. Literariis* c. IV. p. 25. nescierat iam occupatam esse: deinceps observationes ad *Alciphronem*, in *Catalogo Bunaviano* iam laudatas, deberi *Georgio Arnaldo*, cujus sunt literarum notae, G. D. A. porro Epistolam adhuc ἀνέκδοτον superesse in scriniis Cel. *Valckenarii*, quam vel ipse vir egregius indicavit in *Animadvers.* ad *Ammon.* L. II. c. 14. p. 135. L. III. c. 4. p. 179. & c. 18. p. 230. vel cuius particulas Duumviris praestantissimis, *Adr. Heringae*, *Observat.* c. 31. p. 280. 284. & *Frid. Lud. Abreschio*, in *Addend.* ad *Aristaeneti Epistolas*, p. 115. & 116. publice legendas emendandasque concessit: tandem Cl. *Io. Frid. Herelium* quosdam *Alciphronis* naevos sanasse in *Specimine III. Animadversionum Criticarum*, quod extat in *Klotzii Act. Lit.* Vol. III. Part. I. n. XI. p. 90.=94.

De *Timaeo* autem nihil habeo dicere, praeter id, quod a *Fabricio* in *Bibl. Gr.* L. III. c. III. p. 67. Vol. II. & L. V. c. 38. p. 418. 419. Vol. IX. adnotatum, & a *Dav. Ruhnkenio*, viro Cel. praeclare disputatum reperio in Praefatione ad *Timaei Sophistae Lexicon vocum Platonicarum* ex *Codice* demum *San-Germanensi* bono publico *editum* & *animadversionibus* illustratum L. B. 1754. 8. de quo v. *Nov. Act. Erud.* 1755. Septembr. Part. II. p. 534.=538.

300. HIEROCLES, Nicomediensis Bithyniae Iudex, auctor & suasor *Diocletianeae*

Christianorum vexationis, teste *Lactantio*, V. *Instit.* II. 12. & de *Mortibus Persecut.* XVI. 4. Λόγων φιλαλήθων δύο πρὸς τὰς χριστιανὰς auctor, non confundendus cum *Hierocle*, Philosopho Alexandrino, Saeculi post C. N. V. ad A. C. 485. quemadmodum ea in re lapsus est *Ionsius*, L. III. *de Scriptor. Hist. Philos.* c. 18. p. 99.=102. vid. omnino *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. C. 302. n. VIII. p. 315. T. III. — *Pope-Blount* p. 212. s. — *Guil. Cave* l. l. Vol. I. p. 344. s. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. XII. (Not. **) p. 459. s. Vol. I. & L. V. c. IV. p. 91. 92 Vol. VI. & *Iac. Bruckerus* in *Histor. Crit. Philos.* T. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. §. XXX. p. 307. 308.

. . . *L. COELIVS* s. *CAECILIVS* LACTANTIVS *Firmianus*, Rhetor, et Theologorum Christianorum Cicero, discipulus *Arnobii*, & magister postea *Crispi*, Caesaris. Eo tempore iam ex Africa Nicomediam a *Diocletiano* accitus oratorias literas docuisse, & Scriptis, tanqvam *Hodoeporico*, clarus fuisse videtur, quamquam *Pagio* in *Crit. Baron.* ad A. C. 315. n. VII. p. 598. T. III. assentior, pulcherrimos eius *Institutionum divinarum* libros ante annum 319. lucem non vidisse. Inspiciantur *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 80. p. 165.* =167.* *Voss.* II. *Hist. Lat.* c. VII. p. 180. & de *Poët. Lat.* c. 4. p. 54. *Pope-Blount* p. 216.=219. — *Guil. Cave* l. l. Vol. I. p. 161.=163. — *Crenii Animadv. Philol.* Part. IX. c. I. §. VII.

§. VII. p. 23=86. — *Fabricii Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 709. & c. 3. p. 730. 731. Tom. I. it. p. 394.= 413. T. III. nec non *Bibl. Med. Lat.* T. IV. p. 666.=694. — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. III. Per. II. Part. II. L. I. c. III. §. XXI. p. 465.=470. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1373. f. et Vol. III. p. 218. it. Tom. III. Vol. I. p. 140. =143. — *Hamberger.* Part. II. p. 675. =688. — *Eduardi a S. Xaverio Apparatum ad novam Lactantii operum editionem*, rel. Romae, 1751. 4. jure exfibilarunt auctores *Relationum de libris novis*, Fasc. III. n. III. p. 45.=54. et *Nov. Act. Erud.* 1758. Marc. Part. I. p. 118.=126. Quo loco et numero habenda fint *Ioh. Dieterici Winckleri*, Ephori Hildesienfis, *Philologemata Lactantiana sacra variis locis, tum sacri Codicis illustrandis, tum Lactantii explicandis, corrigendisque inservientia*, Brunsvigae, 1754. 8. ex *Nov. Act. Erud.* 1755. Octobr. p. 577.=586. non obscure intelligetur. Maioris ad vsum criticum momenti funt (*Io. Iortinii*) obfervationes in *Epitomen Divinarum Institutionum*, infperfis A. et B. fubinde iudiciis, in *Miscell. Observat.* Vol. IV. T. I. p. 20.=28. item (*Jo. Walkeri*, hunc enim manus figno vfum effe aiunt,)*Lactantius*, five *Epitome Divinarum Institutionum* ibidem Vol. IV. T. III. p. 409=430. porro eiusdem *Walkeri obfervationes cum editore Britanno communicatae in Dissertationem de Mortibus Persecutorum* ibid. Vol. IV. Tom.

I. p. 31.=69. rurſus (Io. Iortinii) Auctor *libri de mortibus perſecutorum* in iisdem *Miſcell. obſerv.* I. I. p. 70. 71. vbi vir doctus non admodum ſubtiliter veriſimiliterque negat, *Lactantium* huius libelli auctorem eſſe. mox *Davidis Martinii*, *Eccleſiae Ultraiectenſis Paſtoris Gallici*, *in Lucii Caecilii librum ad Donatum Confeſſorem*, *de mortibus Perſecutorum Notae*, ibidem Vol. X. Tom. II. p. 219=244. nec non *Jo. Georg. Graevii Epiſtola ad David. Martinum*, *Eccleſiaſten Ultraiectinum* eodem in loco edita, p. 247.=249. Praeterea conjecturas, quas doctus quidam Belga editionis Bauldrianae margini adleverat, publice legendas dedit *Chriſt. Gvil. Franc. Walchius* V. C. in *Miſcell. Lipſienſ. Nov.* Vol. X. Part. I. a p. 119. =134. Nec paucis in locis quo pacto vetus *Lactantii* manus reſtitui poſſet, exemplis lectionum Codicis Gothani oſtendit eruditiſſ. *Io. Mich. Henſingerus*, in diſſertatione de *Scriptoribus Graecis & Romanis nondum ad veterum Exemplarium fidem ſatis emendatis*, quam *Acta Societatis Latinae Jenenſis* Vol. I. n. IV. p. 47. 54.=58. 61. ſeq. nobis offerunt. Ceterum neminem amplius movebit fama de ſingulari quodam verſificatore, cui SYMPOSIO nomen, poſtquam *Heumannus* veriſimiliter demonſtrauit, illa aenigmata eſſe partem *Sympoſii Lactantiani*. de quo Pſeudo—*Sympoſio* vid. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. I. p. 681. T. I. & p. 271. =277. & in Indice, voc. *Sympoſium* T. III. it. *Schoettgenius* in *Fabric. Bibl. Med.*

Med. Lat. T. VI. p. 608. Id vero *Lactantii Symposium* ferme totum illustrasse, simul de Sapientia aenigmatica in vniversum disseruisse dicitur *Job. Hildebr. Witbosius* in *Relationibus Duisburgensibus* a. 1744. n. 51. seq. 1746. & 1747. n. 2. teste Cl. *Leidenfrostio* in *Oratione funebri* p. 58.

... PETRVS, Episcopus *Alexandrinus* ab hoc ipso anno 300. Martyrium subiit a. C. 311.
vid. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 300. n. II. p. 291. A. C. 305. n. IV. p. 398. s. ad A. C. 310. n. IV. p. 470. et ad A. C. 311. n XX. p. 492. T. III. — *Guil. Cave* l. l. Vol. I. p. 160. *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 24. p. 411. Vol. VIII. — *Catal. Bibl. Bun.* T. III. Vol. I. p. 71. & Vol. II. p. 922. & *Hamberger.* Part. II. p. 669.

... PAMPHILUS, Presbyter *Caesareensis*, Martyrii corona coronatus circa a. 307. *sub persecutione*, vt ait *Hieronymus*, de *Script. Eccles.* c. LXXV. *Maximini*, h. e. *Galerii Maximini Daiae.* vid. *Euseb.* VIII. *Hist. Eccl.* c. XIII. p. 252. et de *Martyr. Palaestinae* c. XI. p. m. 274.=276. — *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 306. n. III. p. 407. T. III. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 153. 154. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 277. s. Vol. V. — *Catal. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 72. & Vol. II. p. 909. et *Hamberg.* Part. II. p. 657.=659.

... LVCIANVS, Presbyter Ecclesiae *Antio-*

chenae, *passus*, vt scribit *Hieronym.* de *Script. Eccl.* c. 77. *Nicomediae sub persecutione Maximini*, h. e. Daiae, et quidem A. C. 312. vt probabiliter ratiocinatus est *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. C. 311. n. X. p. 480. s. & n. XX. p. 492. T. III. vid. quoque *Euseb.* VIII. *Hist. Eccl.* c. XIII. p. 251. C. & IX. c. 6. p. 287. D. — *Suidas* in v. Λουκιανὸς ὁ μάρτυς. — *Guil. Cave* l. l. Vol. I. p. 154. 155. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. IV. c. 16. p. 507. s. n. 3. Vol. III. & L. V. c. I. p. 278. s. Vol. V. — *Catal. Bunav.* Tom. III. Vol. II. p. 853.

... S. METHODIUS cognomine, vt volunt, *Eubulius*, primum *Patarensis* in *Lycia*, tum *Tyrius* Palaestinae Episcopus, qua in vexatione Christianorum mortem subierit, auctore *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 83. in diversum trahitur. Verisimilior tamen sententia est opinantium, circa haec potissimum tempora scriptis eum floruisse, & sub *Diocletiano* martyrio coronatum esse, incertum, quo examussim anno.

vid. *Suidas* in v. Μεθόδιος. — *Voss.* II. *Hist. Gr.* c. 16. p. 199. — *Leo Allatius* de *Methodiorum Scriptis*, p. 76. = 121. ad *Hippolyti Fabriciani* Tom. II. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 150. = 153. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 255. = 259. Vol. V. — *Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1440. & Tom. III. Vol. I. p. 71. & Vol. II. p. 887. & *Hamberger.* Part. II. p. 665. = 668.

C.

SAECULI. IV. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
Constantio Chloro, in occidente. 305. 306. *Galerio Maximiano, Armentario*, in oriente. 305.-311. *Constantino* l. f. *Magno*, cum Collegis, 306.-323.	306.	C. FLAV. VALERIVS AVRELIVS CLAVDIVS CONSTANTINVS, Imperator, cognomine *Magnus*, cuius variae sunt Epistolae, orationes, edicta in veterum libris passim obvia. Nat. A. C. 274.=⊖ 337. v. *Eusebius* de *vita Constantini M.* inprimis L. II. a c. 64.=72. L. III. c. 12. 17. seq. et frequenter alicubi. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 183.=185. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. Part. II. c. 3. a p. 1.=29. Vol. VI. — Donationem Constantini spuriam, & ab *Isidoro Mercatore* confictam esse pro candore suo non dissimulat *Pagius*, ad A. C. 324. n. XVI. p. 68.=70. T. IV.
Maxentio. 306.-312. *Maximiano Herculeo*, purpuram resumente, 306. 310. in occidente. item *Galerio Maximino*, *Daia*. 307.-313. & *Licinio Liciniano.* 307. 323. in oriente.	circa 310.	IAMBLICHVS, Chalcideno-Syrus, Philosophus Platonicus, *Anatolii*, et *Porphyrii* discipulus, *Constantino* principe, per quem intelligendus est pater, clarus fuisse perhibetur, teste *Suida*, in v. Ἰάμβλιχος ἕτερος. vid. *Voss.* de *Philos. Sectis* c. XVI. §. 3. p. 78. *Ionsius* de *Script. Hist. Phil.* L. III. c. XVI. §. 2. p. 88.=90. — *Pope-Blount.* p. 128. s. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. IV. c. 28. p. 282.=294. Vol. IV. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. §. XX. XXI. p. 260.=270. it. §. LVI.=LVIII. p. 431.=457. it. in *Appendice*, sive Vol. VI. p. 369. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 196. & Vol. II. p. 1347. — *Hamberger.* Part. II. p. 691.=696. add. Georg. *Ernesti Hebenstreitii Dissertatio de Iamblichi, Philosophi Syri, doctrina, Christianae* reli-

religioni, *quam imitari studet*, *noxia.* *Lipsiae* 1764. 4.

... HELLADIVS, Besantinous Aegyptius, Grammaticus, χρηστομαθειῶν Libros versibus iambicis scripsisse fertur, tempore *Licinii*, & *Maximiani*, h. e. Galerii Armentarii, auctore *Photio*, Cod. 279. *Biblioth.* p. m. 875. γέγονε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Λικιννίου, καὶ Μαξιμιανοῦ. qui ambo AVGG. cum intra annos 307. & 311. orientis rebus praefuerint, satis certam huic homini aetatis notam afferunt.

vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 7. p. 62. Vol. VII. c. 38. p. 504.=506. it. c. 40. p. 651. (Not. 5.) Vol. IX. & L. VI. c. 10. p. 630. Vol. XIII. — *Catal. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 195.

circa 314. PAVLVS, Thebaeus, sanctitate, vel si mavis, superstitione clarus, Anachoretarum, sive Eremitarum auctor. Θ. 341. vel initio 342.

vid. *Hieron.* in vita *S. Pauli.* *Pagii Critic. Baron.* ad A. C. 318. n. XIV. XV. p. 645.=648. T. III. & ad A. C. 343. n. II. p. 403. f. Tom. IV. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. III. Vol. II. p. 916.

315. EVSEBIVS, *Pamphili*, illius scilicet (de quo ad A. c. 300. p. 389.) amicus singularis, ab hoc anno Episcopus Caesareae Palaestinae, (v. *Pag. Crit. Baron.* ad A. C. 340. n. XXIII. p. 356. T. IV.) Theologus, incertum *Arianus*, an *Catholicus*, Philosophus, &

& Historicus. ⊖ A. C. 340. Chronicon eius desiit anno 327. teste *Hieron.* in *Chron.* ad h. a. p. 181. Plura dabunt *Hieron.* de *Script. Eccles.* c. 81. — *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. 40. §. 5. p. 225. et II. de *Histor. Graec.* c. XVII. p. 200.=202. — *Pagii Crit. Bar.* ad A. C. 318. n. XVI. p. 648. T. III. ad A. C. 325. n. XXXII. p. 128. et n. LI. p. 159.=160. nec non ad A. C. 326. n. XVIII. XIX. p. 180.=182. T. IV. — *Pope-Blount.* p. 219.=222. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 175.=183. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 4. p. 30.=105. Vol. VI. & L. V. c. 38. p. 383. Vol. IX. — *Iac. Bruckeri Hist. Crit. Philos.* Tom. III. Period. II. Part. II. L. I. c. III. §. XXII. p. 470. 471. — *Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1230. & T. III. Vol. I. p. 72=74. & p. 299. f. — *Hamberger.* Part. II. p. 705.= 717. Omittere h. l. non possum, *Coniecturam* incerti cuiusdam auctoris Britanni S. S. B. B. *in locum Eusebii* (*Praepar. Euangel.* L. I.) *ex Zoroastre laudatum*, extare in *Miscell. Observ.* Vol. III. T. II. p. 233.=235. item *Ecclesiasticae Historiae Eusebii Pamphili, ac duo Ruffini* libros *labore & studio F. Petri Thomae Cacciari* lucem vidisse *Romae*, 1741. 4.

. . . CHALCIDIVS, interpres *Timaei Platonici*, an huius circiter aevi? Si enim *Osius*, vel *Ossius*, ad quem Metaphrasin suam et Commentarium misit, idem fuit, qui *Hosius*, Cordubensis

Episcopus Concilii Nicaeni Senator, quin hic noster sub quarti Saeculi initia floruerit, haudquaquam dubium videri possit. vid. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 199. — I. A. *Fabricius* in Adnot. *ad Chalcidii V. C.* in *Timaeum Platonis Prologum*, p. 226. *oper. Hippol.* T. II. it. *Bibl. Lat.* L. III. c. VII. p. 554.=561. Tom. I. & p. 88.=92. Tom. III. nec non *Bibl. Med. Lat.* Tom. I. p. 1032. — *Jac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. III. Per. II. L. I. c. III. §. XXIII. XXIV. p. 472.=485. & L. II. c. II. §. V. p. 567. s. — *Hamberger.* Part. II. p. 673. 674.

... APHTHONIVS, Rhetor, & Sophista Antiochenus, item: THEON, Alexandrinus, cognomine *Aelius*, Rhetor, & Sophista. } num hoc tempore clari fuerunt?

Utrumque certe *Hermogene*, priorem quoque *Aristide* recentiorem, quantumvis sine certa annorum et Saeculi designatione sumunt viri docti. Equidem ab hac ipsa siue superioris, siue huius Saeculi aetate, quae Sophistarum feracissima est, neutrum divelli, & seiungi velim.

Inspiciatur *Fabric. Bibl. Gr.* L. IV. c. XXXI. p. 448.=450. & 451.=457. Vol. IV. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 207. s. et Vol. III. p. 2131.

321. NAZARIVS, Burdegalensis, Rhetor, hoc

SAECULI IV. Principibus.	Aerae Vulg. Chriſtianae.	PARS PRIMA.
		hoc ipſo anno Panegyricum, Conſtantino AVG. et Filiis Caeſaribus, hodie ſuperſtitem, dixit. *Hieronymus* in *Chronico* ad A. D. 325. hoc eum Elogio ornat: *Nazarius Rhetor inſignis habetur.* vid. *Fabric. Bibl. Lat.* L. II. c. 22. p. 485. T. I. et p. 771. T. II. ſive ex editione Lipſienſi, Tom. II. p. 426. it. *Med. Latin.* Tom. V. p. 284. — *Hamberger.* Part. II. p. 671. 672.
Conſtantino M. ſolo. 323.-337.	325.	S. EVSTATHIVS, ortu Sidetes Pamphylius, Beroeae Syriae primum, mox auctoritate Synodi Nicaenae, hoc anno habitae, *Antiochenus* Epiſcopus, grauis ſectae *Arianae* adverſarius. ⊖. circa A. C 360. v. *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 85. — *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 324. n. XXVI. =XXVIII. p. 78.=84. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 187.=189. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. XXI. p. 166.= 190. Vol. VIII. — *Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1230. Tom. III. Vol. I. p. 74. & Vol. II. p. 746. — *Hamberger.* Part. II. p. 737.=739.
	326.	S. ATHANASIVS, ab eo anno Epiſcopus Alexandrinus, *Arianorum* malleus, ab his tamen viciſſim multis modis contuſus. Nat. A. C. 296.=⊖. 373. vid. *Hieron.* de *Script. Eccleſ.* c. 87. — *Socrates*, I. *Hiſt. Eccl.* c. VIII. XV. XXIII. XXVII. ſeq. — *Pagius*, in *Crit. Baron.* ad plurimos Annos, inprimis ad A. C. 326. n. III. p. 162. ſeqq. Tom. IV. & A. C. 372. n. IX.=XI. p. 370.=372. T. V. — *Po-*

 pe.

pe-Blount. p. 223.=226. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 189.=198. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 2. p. 297.=319. Vol. V. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1045.=1047. Vol. III. p. 2154. Tom. III. Vol. I. p. 74. f. — *Hamberger.* Part. II. p. 778.=784.

... | Circa haec tempora pietate, vt volunt, illuſtris fuiſſe videtur S. ANTONIVS, eiusmodi clauſtrorum, quae coenobia, vel Monaſteria vocare ſolent, inventor, Monachorumque princeps, ceterum eruditionis, & literarum rudis homo. Nat. 251.=Θ. 356.

vid. *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 88. & in *Chronic.* ad A. D. 357. — *Sozomen.* I. *Hiſt. Eccl.* c. XIII. — *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 318. n. XIV. XV. p. 645.=648. Tom. III. ad A. C. 343. n. II. p. 403. f. & A. 358. n. II. p. 625. f. Tom. IV. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 200.=202. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 24. p. 344.=346. Vol. VIII. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. III. Vol. I. p. 75. & Vol. II. p. 636. — *Hamberger.* Part. II. p. 731. 732.

... | Publilius OPTATIANVS PORPHYRIVS, poëtaſter, qui Conſtantini M. vicennalia hoc a. 326. inepto et ludicro carmine celebravit, mox circa a. 330. ab exilio revocatus, teſte *Hieron.* in *Chronic.* ad A. D. 330. p. 181. *Porphyrius miſſo ad Conſtantinum inſigni volumine exilio liberatur.*

v.

v. *Voff.* de *Poët. Latin.* c. IV. p. 54. — *Jonfius* de *Script. Hift. Pbilof.* L III. c. XV. §. 5. p. 85. f. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. I. p. 678. Tom. I. & p. 267. Tom. III. cf. quoque *Bibl. Gr.* L. III. c. 17. p. 449. Vol. II. & L. VI. c. 10. p. 806. Vol. XIII. it. *Bibl. Med. Lat.* Tom. V. p. 495. =498. — *Hamberger.* Part. II. p. 689. =691.

330. C. AQVILINVS VETTIVS al. VESTIVS IVVENCVS, Presbyter Hispaniensis, *Euangelia*, inquit *Hieron.* in *Chron.* ad hunc ipsum annum Domini, p. 181. *heroicis versibus explicat.*

v. *Hier.* de *Script. Eccl.* c. 84. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 200. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. II. p. 702. 703. T. I. p. 303 =306. Tom. III. it. *Bibl. Med. Lat.* Tom. IV. p. 624.= 628. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. III. p. 2018. — *Hamberg.* Part. II. p. 700.=703.

... IVLIVS RVFINIANVS, Rhetor, fatis exilium libellorum *de Figuris Sententiarum*, & *Elocutionis* auctor, ad Constantini M. principatus tempora referri posse videtur, argumento eorum, qvae verisimiliter disputavit Cl. *Dav. Ruhnkenius*, in Praefat. ad *Rutilium Lupum*, p. XXV.=XXVIII.

331. MACARIVS, Magnes, Aegyptius, Monachus et Presbyter Scitensis. hoc anno ab *Athanasio* ad *Constantinum* AVG. missus est, vt criminationis invidiam ab

Episcopo depelleret. v. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 333. n. III. p. 248. 249. obiit nonagenarius A. C. 391. vid. *Gennadius*, de *Scr. Eccl.* c. X. — *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 256. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XII. p. 492.=494. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1411. & Tom. III. Vol. I. p. 84. f. — *Hamberger*. Part. II. p. 857.=860. vbi commemorari debuerat *Specimen examinis Critici operum quae ita feruntur, Macarii*, esse viri diligentissimi *Jo. Sal. Semleri*, vti etiam alterum *Specimen Animadversionum in aliqvot opera Graeca Macarii*, Halae, 1746. 4.

circa 335. DEXIPPVS, Philosophus Peripateticus, *Iamblichi* discipulus, diversus a superiori *Dexippo*, ad A. 267. p. 372. v. *Jonsius* de *Script. Hist. Philos.* L. III. c. XVII. §. 4. p. 96. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. IV. c. 26. p. 155. 156. Vol. IV. — *Hamberger*. Part. II. p. 696. 697.

335. DIDYMVS, Alexandrinus, Theologus, oculis quidem a prima adolescentia coecus, ingenio tamen perquam acutus, longe diversus ab alio *Didymo*, Alexandrino, Grammatico, ante C. N. celebri, v. supra p. 180. Hoc anno, auctore *Athanasio*, Catechetae, hoc est, Professoris Theologiae, munus obtinuisse videtur, vt probabiliter demonstrauit *Ferdinand. Mingarellus* in *Animadversione* secunda ad librum mox laudandum. Obiit fortassis circa A. C. 395.

395. *Hieronymus* saltem librum suum de *Script. Ecclesiasticis*, Anno C. 393. scribens, sic de eo, c. 109. *Viuit vsque*, inquit, *hodie*, & *octogesimum tertium aetatis excessit annum.*

vid. *Socrates*, IV. *Hist. Ecc.* 25. *Sozomen.* III. 15. *Theodoritus*, IV. *Ecc. Hist.* XXIX. *Guil. Caveus* l. l. Vol. I. p. 253. 254. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 24. p. 351.=358. *Vol.* VIII. — *Iac. Basnagii Animadversiones in Didymum & eius opera*, in *Canisii Lectionibus Antiqvis*, Tom. I. p. 197.=203. — *Iac. Bruckeri Hist. Crit. Philos.* Tom. III. Period. II. Part. II. L. I. c. III. §. XXII. p. 471. s. & in *Appendice* s. Vol. VI. p. 549. s. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1202. & Tom. III. Vol. I. p. 84. — *Hamberger.* Part. II. p. 899.=901. *Veterum testimonia de Didymo Alexandrino Coeco, ex quibus tres Libri de Trinitate nuper detecti eidem asseruntur. Ferdinandus Mingarellus, Theologus Camaldulensis, collegit, atque animadversiones adiecit.* Romae 1764. 4. v. *Nov. Act. Erudit.* 1768. *Jun.* p. 248.=254. & *Io. Aug. Ernesti Nova Bibl. Theolog.* Tom. VII. Lipsiae 1766. 8. Part. IV. p. 303.= 312.

336. *Codex* GREGORIANVS et HERMOGENIANVS eius circiter anni, & proximorum, esse videtur, auctoribus, vt ferunt, *Gregorio*, et *Hermogene*, s. *Hermogeniano*.

v. omnino *Jac. Godofredus* in Prolegomenis ad *Codicem Theodosianum* c. I. p.

p. CCIX.=CCXI. Tom. I. ed. *Ritter.* — *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. C. 529. n. XV. p. 410. 411. Tom IX. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 9. (Not. f.) p. 809. 810. Tom I. p. 788. & 804. Tom. III. Cf. *Bibl. Graec.* L. VI. c 6. p. 342. Vol. XII. — *Heineccii Histor. Iur.* L. I. c. V. §. 358. & §. 368=372. — *Bachii Histor. Jurispr.* L. III. c. III. Sect. IV. §. 2. =8. p. 531.=536. — *Hamberg.* Part. II p. 698.=700. Ex *Hermogeniani* libris *Epitomarum*, et libro *Fidei Commissorum* quae superſint in Digeſtis Fragmenta, ea praeclarus Index *Labittianus* ap. *Wielingium* in *Iurisprud. Restit.* a p. 46.=48. velut digito monſtrabit.

... Ejusdem fortaſſis annorum circuitus eſt AVR. ARCADIVS CHARISIVS, Praeſes Syriae, & ICtus.
v. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 9. p. 827. Tom. I. — *Heineccii Hiſt. Jur.* L. I. c. IV. §. 359. — *Bachii Hiſt. Iurispr.* L. III. c. III. §. IX. p. 536. Fragmenta eius in ff. obvia, in promtu eſſe iubebit index *Labittianus* ap. *Wielingium* in *Iuriſpr. Reſtit.* p. 6. 7.

... IVLIVS AQVILA, ICtus, horum an antiquiorum temporum ſit, vehementer diſceptari ſolet. *Fabricius Bibl. Lat.* L. IV. c. 9. p. 820. Tom. I. *Calliſtrati* aequalem ſumit: *Heineccius* vero *Hiſt. Iur.* L. I c. IV. §. 3'0. & *Bacchius* L. III. *Hiſt. Iurispr. Rom.* c. III. §. X. p. 537. ad hanc aetatem

SAECULI. IV. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
		tem refert. Id conſtat, *Julii Galli Aquilae* pauca quaedam in ff. fragmenta ſupereſſe, vias & loca monſtrante *Iurisprudentia Reſtit. Wielingii* p. 46.
Conſtantino II. 337.-340. *Conſtantio*, 337.-361. & *Conſtante*, 337.-350.	337.	IVLIVS FIRMICVS MATERNVS, Mathematicus et Theologus, circa hunc potiſſimum annum Aſtronomicôn libros abſolviſſe videtur. Inſpiciantur *Voſſ.* de *Scient. Mathem.* c. 37. §. 12. p. 207. — *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 337. n. XI. p. 319. Tom. IV. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 204. 205. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. 8. p. 562.=569. Tom. I. & p. 93.=97. Tom. III. it. *Bibl. Med. Lat.* T. II. p. 498. — *Jac. Bruckeri Hiſt. Crit. Philoſ.* Tom. III. Per. II. Part. II. L. II. c. II. §. V. p. 567. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. I. p. 391. & Tom. III. Vol. I. p. 143. et *Hamberger.* Part. II. p. 718. =723.
	circa 340.	MACARIVS, minor, Alexandrinus, Monachus & Abbas Nitrienſis, ſuperiori *Macario* vel aeqvalis, vel aetate proximus. Centenarius obiiſſe fertur A. C. 404. v. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 256.=260. *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 12. p. 494. 495. Vol. VII. — *Catal. Bibl. Bun.* T. III. Vol. I. p. 85.
	347.	THEODORVS, Heracleenſis in Thracia Epiſcopus, hoc anno ex decreto Synodi *Sardicenſis* magiſtratu ſacro ſe abdicare iuſſus erat.

vid. *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 90. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 203. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 24. p. 412. Vol. VIII.

. . . SERAPION, Θμύεως, h. e. Thmuitanus in Aegypto Episcopus, interfuit Synodo *Sardicensi*, Athanasii defensor. Θ circa 358.
v. *Hieron.* de *Scr. Eccl.* c. 99. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 210, 211. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 21. p. 191. f. Vol. VIII. — *Iac. Basnagii Animadversiones circa Serapionem* in Canisii Lect. Ant. T. I. p. 36.=42. — *Catal. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1604. & Tom. III. Vol. I. p. 76. it. *Hamberger.* Part. II. p. 733. f.

348. EVSEBIVS, Emesenus Phoeniciae Episcopus, Homiliarum auctor. Θ 360. *Hier.* in *Chron.* ad hunc A. D. 348. *Eusebius* inquit *Episcopus Emisenus, Arianae signifer factionis multa et varia describit.*
vid. quoque idem *Hieron.* de *Scr. Eccl.* c. 91. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 207. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. IV. p. 107. 108. Vol. VI. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1230. & Tom. III. Vol. I. p. 75. — *Hamberger.* Part. II. p. 739. 740.

. . . GABRIAS f. BABRIAS, Apologorum Scriptor, an his circiter temporibus accommodari possit? Eius certe meminit *Iulianus* Imper. Epist. LIX. ad Dionysium, p. 444. B. fide Cod. *Barocciani*, τὸν μῦθον τὸν Γαβρίε ἀκήκοας.

vid.

vid. omnino *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. IX. §. VII. VIII. p. 395. 596. Vol. I. vbi simul animadvertit *Aphthonium* Antiochensem *Babria* antiquiorem videri. add. Cl. *Henr. Cannegieterus* ad *Aviani* Praefat. *Fabular.* p. 8.

350. S. CYRILLVS, Praesul *Hierosolymitanus* ab hoc inde anno, diligenter secernendus a *S. Cyrillo*, Alexandrino, infra ad A. C. 412. Θ. 386.
vid. omnino *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 112. — *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 351. n. VII. VIII. p. 497. Tom. IV. et A. C. 386. n. V. p. 612. Tom. V. — *Gvil. Cave*, l. I. Vol. I. p. 211.=213. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. XIII. p. 543.=549. Vol. VII. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1190. & Tom. III. Vol. I. p. 76. f. — *Hamberger.* Part. II. p. 833.=837.

... S. HILARIVS, *Pictaviensis* ab eo circiter anno Episcopus, non miscendus cum *Hilario* Arelatensi, A. 354. factione Saturnini, Arelatensis Episcopi, in Phrygiam pulsus, arg *Hieron.* in *Chron.* ad A. D. 357. aduersus Constantium librum exaravit A. C. 360. arg. Hieron. in Chron. ad A. D. 361. et *Pag. Crit. Bar.* 360. n. II.=IV. p. 1.=3. Tom. V. mortalitatem exuit A. 367. sec. *Pagii* calculum *in Crit. Bar.* ad A. C. 369. n. IV. p. 262. Tom. V. v. *Hieron. de Scr. Eccl.* c. 100. — *Voss.* de *Poet. Lat.* c. 4. p. 55. & II. de *Histor.* c. 8. p. 186. 187. — *Pope Blount* p. 231.=233.

=233. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 213. =215. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 3. p. 731. T. I. et p. 413.=419. T. III. item *Bibl. Med. Lat.* Tom. III. p. 753. f. Cf. quoque *Bibl. Graec.* L. VI. c. 10. p. 810. Vol. XIII. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1317. f. et Tom. III. Vol. I. p. 143. f. — *Hamberger.* P. II. p. 761.=767. *D. Hilarii Pictaviensis Epistolam seu Libellum*, cum verbosis ne dicam taedii plenis adnotationibus, et *Sermonem de dedicatione Ecclesiae*, eidem *Hilario* tributum, foras prodire iussit *Jo. Chrysostomus Trombellius* in *Cypriani*, *Hilarii*, *aliorumque veterum Patrum Latinorum Opusculis*, Bononiae, 1751. 4. a. p. 33.=185.

354. LVCIFER, *Caralitanus* Sardiniae Episcopus, *Luciferianorum* Parens, hoc anno a *Liberio* pontifice ad *Constantium* AVG. missus, (v. *Baron. Annal. Eccl.* A. C. 354. n. I. et VI.) A. 356. ab Arianis & Constantio damnatur exilio, A. 363. de exilio reversus, (teste *Hieron.* in *Chron.* ad eos annos Domini,) obiit A. 371.

v. *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 95. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 216. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 24. p. 402. 403. Vol. VIII. *Bibliotb. Lat.* L. IV. c. III. p. 419. Tom. III. it. *Bibl. Med. Latin.* T. IV. p. 836.=840. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. III. Vol. I. p. 145. — *Hamberger.* Part. II. p. 774.=776. Addatur omnino *Erhard. Andr. Frommanni*, Theologi Coburgensis, docta de

de Lucifero, *Calaritano olim Praesule*, *Epistola* Coburgi edita, 1767. 4. et in *Musei Casimiriani Particula prima*, Coburgi, 1771. 8. p. 299.=332.

... EVSEBIVS, ortu Sardus, Vercellensis Episcopus, eiusdem aetatis, consiliorum, laborum, exilii, reditus cum *Lucifero* consors et particeps, argum. *Hiron.* in *Chron.* ad A. D. 356. et 363. Martyrium subiisse dicitur a. 371. v. idem *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 96. — *Guil. Cave*, l. I. Vol. I. p. 215.=216. — *Fabric. Bibl. Med. Lat.* T. II. p. 397. 398. — *Hamberger.* Part. II. p. 776. 777. De Euangeliorum Codice Vercellensi manu eius, vt ferunt, scripto, vid. supra ad *Nov. Testam.* p. 220.

... LIBANIVS, Sophista Antiochenus, *Zenobii*, Sophistae Antiocheni, discipulus, et nunc, et postea floruit, *Juliano* inprimis AVG. carus. ab hoc anno fortunarum sedem in vrbe patria collocavit, plurium Theologorum Christianorum, quos lepida latinitate Patres vocant, magister, quantumuis ipse Anti-Christianus. Nat. A. 314.=⊖ post a. c. 384.

vid. *Julianus* in Epistolis ad eum missis Ep. 3. 14. 27. 44. — *Pope-Blount* p. 233=235. — *Guil. Cave*, l. I. Vol. I. p. 345. s. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 9. 10. a p. 145.=414. Vol. VII. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 198.=200. & Vol. II. p. 1391. — *Hamberger.* Part. II. p. 882.=888.

De Libanio quoque bene meruit *Io. Iac. Reiskius*, vir diligentissimus, cum in duobus libellis, vbi vel *de Zenobio*, *Sophista Antiocheno*, vel *de Optimo Episcopo*, repetitis e *Libanio* argumentis quaedam disseruit Lipsiae, 1759. 4. tum praecipue in *Animadversionibus*, *Libanii* causa scriptis, et promulgatis, in *Animadversionum* eius *ad Graecos Auctores Volumine Quinto*, *Lips.* 1766. 8. p. 1. =584.

... ARISTAENETVS, Nicaeensis Bithynus, Epistolarum Scriptor, *Libanii* familiaris, et cum eo frequenti literarum necessitudine iunctus, (arg. *Sylloges* Epistolarum *Libanii*, e recensione Wolfii, voc. *Aristaeneto*) tremore telluris Nicomediensis A. C. 358. oppressus. arg. *Ammian. Marcell.* XVII. c. VII. p. 182.

vid. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. X. p. 426. f. Vol. I. — *Catal. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 202. Vol. III. p. 2131. *Hamberg.* Part. II. p. 734. 735. Notandae h. l. sunt Cantabrigiensis cuiusdam viri eruditi *observationes in Aristaenetum* insertis A. & B. h. e. *Burmanni* et *Dorvilii* castigationibus nonnullis, in *Miscell. Observat.* Vol. I. Tom. III. p. 391.=398. tum *Aristaeneti Epistolae cum emendationibus ac coniecturis Jos. Merceri*, *Io. Corn. de Pauw*, *nec non ineditis antebac Jac. Tollii*, *Iac. Phil. D'orvilii*, *Lud. Casp. Valckenarii*, *&* *aliorum*, *curante* eruditiss. *Frider. Ludov. Abresch*, qui non modo *Lectionum Aristaenetearum Libros duos* ad-

addidit *Zwollae*, 1749. 8. (v. *Nov. Act. Er.* 1751. Aug. p. 445. seq.) sed etiam mox *Virorum aliquot eruditorum in Aristaeneti Epistolas coniecturas*, secum *communicatas*, suis, item *Claudii Salmasii*, et *Th. Munckeri Notis in Aristaenetum* locupletavit *Amstelaedami*, 1752. 8. (v. *Nov. Act. Er.* 1753. Mai. p. 285. seq.)

. . . VALERIVS HARPOCRATION, Alexandrinus seu Rhetor, seu Grammaticus, auctor Lexici oratorum Graecorum, his temporibus, nominatim *Libanio*, aequalis fuisse videtur, cum quod ex *Athenaeo* nonnulla descripsit, (vid. *Phil. Jac. Maussacus* in *Dissertat. Critica* de *Harpocratione* p. m. 321. ed. Paris. 1614. 4.) tum quod credibile est, eum ipsum esse, quem *Libanius* singulari Epistola commendavit *Aristaeneto*, exemplo Epistolae 367. p. 181. ed. Wolf. add. *Henr. Valesius* in *Notis* ad *Maussaci Dissert. Crit.* p. 201. ed. *Gron.* v. *Suidas* in v. Αρποκρατίων, ὁ Βαλέριος. *Fabric. Bibl. Gr.* L. IV. c. 36. p. 583.=616. Vol. IV. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 203. — *Hamberger.* Part. II. p. 390. 391.

355. FABIVS MARIVS VICTORINVS, Afer, Theologus, Rhetor, et Grammaticus, argum. *Hieron.* in *Chronico* ad A. D. 355. *Victorinus*, inquientis, *Rhetor*, & *Donatus Grammaticus meus Romae insignes habentur*, *e quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiani meruit.* An idem sit, qui MAXIMUS

VIC.

VICTORINUS, Grammaticus, dubium, non confundendus saltem cum *Victorino*, *Petavionensi*, de quo supra ad A. C. 298. p. 383. aut *Victorino*, *Massiliensi*, infra ad A. C. 434. v. *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 101. — *Voss.* de *Poët. Lat.* c. IV. p. 55. — *Pope-Blount*, p. 275. 276. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 228. 229. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 702. 710. c. VII. p. 795. s. & c. VIII. p. 801. Tom. I. it. p. 302. 421.=425. & p. 757. Tom. III. nec non in *Bibl. Med. Latin.* Tomo VI. p. 819.=822. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 391. 392. — *Hamberger.* Part. II. p. 741.=745.

... AELIVS DONATVS, orator, hoc est ex sensu illorum temporum Rhetor, et Grammaticus Romanus, praeceptor S. *Hieronymi*, ipso teste, in *Chron.* loco modo ante laudato, diversus a TI. CLAUDIO DONATO, recentioris, sed incertae aetatis, Grammatico, *Vitae Virgilianae*, item Scholiorum in *Virgilium*, et argumentorum in libros *Metamorphoseon* Ovidianarum consarcinatore, de quo *Voss.* Part. II. Instit. orat. L. VI. c. II. § I. p. m. 432. Huius autem Donati nostri causa inspiciantur *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. VII. p. 788. 789. Tom. I. & p. 740.=744. Tom. III. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I Vol. I. p. 391. — *Hamberger.* Part. II. p. 727.=730.

357. GREGORIVS, *Baeticus*, Illiberitanus Epis-

Episcopus, hoc anno Synodo *Sirmiensi* posteriori interfuit.
v. *Hieronym.* de *Script.* Eccles. c. 105. — *Guil. Cave*, l. I. Vol. I. p. 235. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. III. p. 429. f. Tom. III. et *Bibl. Med. Lat.* Tom. III. p. 281.=283. — *Hamberger*. Part. II. p. 736. 737.

. . . PHOEBADIVS, Agenni in Aquitania Episcopus, formula Concilii *Sirmiensis* damnata, et libro *contra Arianos* scripto clarus: vltra A. C. 392. vitam produxisse videtur, quoniam *Hieronymus* de *Script. Eccl.* c. 108. sic de eo scribit: *Viuit*, inquiens, *vsque hodie decrepita Senectute.*
vid. *Guil. Cave*, l. I. Vol. I. p. 217. 218. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. III. p. 420. Tom. III. et *Bibl. Med. Lat.* Tom. V. p. 870.=872. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 146. — *Hamberger*. Part. II. p. 864. 865.

. . . MAXIMVS, Epirota, Philosophus, Astrologus, & Sophista Byzantinus, magister *Juliani*, mox Augusti, non miscendus cum MAXIMO, Ephesio, itidem *Juliani* praeceptore.
vid. *Suidas*, in voc. Μάξιμος Ἠπειρώτης. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XX. p. 524. 525. *Vol.* II. L. II. c. XXV. p. 414.=448. it. L. V. c. XXX. p. 769. Vol. VIII. nec non L. V. c. XXXVIII. p. 417. & c. XXXIX. p. 569.=586. Vol. IX. — *Jac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom. II.

Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. §. XXV. 281.=289. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 200. — *Hamberger.* Part. II p. 746. — Omitti hoc loco non debet *Gratiani de S. Bavone* (hoc est *Job. Alberti*) *in Maximi Philosophi locum animadversio* in *Miscell. Observat.* Vol. VIII. Tom. II. p. 287.=289.

358. SEXT. AVRELIVS VICTOR, Afer, Historicus, hoc potissimum anno librum *de Caesaribus* scripsisse videtur, quoniam ibi c. 16. cum sua aetate *Cerealem* Cos. sociat. *Cerialis* autem Cos. fuit A. V. 1111. hoc est, Christi, 358. Ceterum diuersus est ab alio SEX. AVREL. VICTORE, serioris, & incertae aetatis, qui *Epitomen* scripsit.

vid. omnino *Voss.* II. de *Hist. Lat.* c. VIII. p. 183. 184. &. c. XV. p. 207. 208. — *Pope-Blount* p. 275. 276. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. IX. p. 569.=576. Tom. I. it. p. 98. 99. Tom. III. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 397. f. & Vol. II. p. 1675. — *Hamberger.* Part. II. p. 812. =817. — Silentio praeterire non possum, editionem *Arntzenianam* a *Jo. Matthi. Gesnero* in *Actis Erudit.* 1734. Jan. p. 1. seq. relatam fuisse, vt apparere videtur ex *Epistolis Amoebeis Mosbemii & Gesneri* n. XXVIII. p. 116. seq. *Grunerianam* vero in compendium missam esse in iisdem Actis Erudit. 1758. *Sept.* P. I. p. 511.= 514.

FLAV.

SAECULI IV. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
Constantio, & *Juliano*, 360.-361.	360.	FLAV. CLAVDIVS IVLIANVS, cognomine *Apostata*, hoc anno AVG. a militibus Lutetiae Parisiorum salutatus, Philosophus, Historicus & Orator. vid. *Voss.* II. de *Hist. Gr.* XVIII. p. 203. f. — *Gvil. Cave*, l. I. Vol. I. p. 346. — *Pope-Blount*, p. 235.=237. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 8. p. 76=90. Vol. VII. Cf. L. VI. c. X. p. 782. Vol. XIII. — *Jac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. §. XXVIII. p. 293=303. & in *Appendice*, f. Vol. VI. p. 370.=375. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 201. — *Hamberger.* Part. II. p. 747.=755. — Huius *Juliani*, et ingenii eius monumentorum causa nonnulli velim libelli, sive ab aliis praetermissi, sive recentiores teneantur, veluti *Jo. Petr. Ludewigii Edictum Juliani contra Philosophos Christianos*, *Halae Magdeb.* 1702. 4. *Gottlob Friderici Gudii dissertatio de artibus Juliani Apostatae, paganam superstitionem instaurandi*, *Jenae*, 1739. 4. *Christo. Aug. Heumanni dissertatio*, *in qva fabula de Juliani Imperatoris voce extrema*, vicisti Galilaee, *certis argumentis confutatur*, *eiusque origo in apricum profertur*, *Gottingae*, 1740. 4. *Diderici van der Kemp disputatio Historico Critica*, *pro Cornelio Centurione*, *& Sergio Paullo Proconsule*, *in Julianum Imperatorem*, quam olim vir plurimum reuerendus disceptatore Cel. *Petro Wesselingio* in hac nostra Academia defendit, Trai. Rh. 1752. 4. et tandem erudi-

tiss. *Adriani Kluit oratio Inauguralis, pro Imperatore Iuliano Apostata*, *Medioburg.*, 1769. 4. *E Cyrilli*, Alexandrini, Scriptis deperditos Iuliani τὸς κατὰ χριστιανῶν λόγος consarcinasse, & restituisse sibi visus est *Ioh. Baptista Boyerius* Marchio *Argensius* in libro, cui titulus: *Defense du Paganisme par l'Empereur Julien en Grec, et en François, avec des Dissertations et des Notes, pour servir d'Eclaircissemens au texte, et pour en refuter les Erreurs par Mr. le Marquis d'Argens, à Berlin* 1764. 8. Sed in hac Fragmentorum congestione mox fidem, mox accurationem iure desideravit *Klotzius* in *Actis Liter.* Vol. II. Part. II. a p. 175.=203. & *Ernesti* in *Nova Bibliotb. Tbeologica* Tom. VIII. Part. VI. p. 551.=558. — Memorabilis est ad Criticam facultatem literatissimi *Dan. Wyttenbachii Epistola Critica super nonnullis locis Iuliani Imper.* vna cum *animadversionibus in Eunapium*, & *Aristaenetum*, *Gottingae*, 1769. 8. cuius etiam cum laude meminit idem *Klotzius*, in *Act. Lit.* Vol. V. Part. III. p. 325. f. — Tandem *Christian. Gottlob Einerto* doctarum *Commentationum ad Constitutiones Iuliani Imperatoris duo specimina*, Lipsiae, 1771. 4. euulgata debemus.

. . . EVNOMIVS, gente Cappadox, hoc anno Episcopus Cyzicenus, imprudens factionis *Anomoeorum* auctor. ⊖ post a. 392. arg. *Hieronymi de Script. Eccles.* c. 120.

vid. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 219.=223.

223. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 23. p. 248.=307. Vol. VIII. — *Jac. Basnagii Animadversiones circa Eunomium, & ejus scripta, in Canisii Lect. Antiqv.* Tom. I. p. 172.=177. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1229. & Tom. III. Vol. I. p. 82. 83. — *Hamberger.* Part. II. p. 897. 898.

. . . PROAERESIVS, Sophista Christianus, praeceptor *Basilii*, et *Gregorii Nazianzeni*, circa haec tempora iam inclaruisse videtur, argum. *Juliani* Epistol. 2. quae est ad *Proaeresium*, it. *Hieronymi* in *Chron.* ad A. D. 363.

vid. *Eunapius*, in *vit. Sophistar.* in *Proaeresio*, p. m. 122.=154. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. XXXII. p. 486. 487. & *Muratorius* in *Anecdotis Graecis*, p. 1. seq.

. . . HIMERIVS, ortu Bithynus, huius omnino aetatis, Sophista & Grammaticus, *Proaeresii* aemulus.

vid. *Eunapius* in *Himerio*, p. m. 157. 158. ed. *Hadr. Iunii.* — *Suidas* in v. Ἱμέριος. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 346. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. XXX. p. 413=418. Vol. IV. L. V. c. 38. p. 426=429. & p. 495. Vol. IX. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 203. — *Hamberger.* Part. II. p. 756. — *Himerii* Sophistae λαλιὰν εἰς βασιλέα cum Augustano codice contulit *Ioh. Mich. Heusingerus*, in *Dissert. de Scriptor. Graecis & Latinis nondum ad veterum exemplarium fidem satis*

emendatis. p. 48.=51. *Actor. Societ. Latin. Jenens.* Vol. I. — Integras *Himerii declamationes* ad prelum paratas habere dicitur *Gottlieb Wernsdorfius*, Clarissimus Gedaneasium Professor, quibus edendis Juno Lucina, id est, haud illiberalis operarum redemtor velim faveat, & opem ferat.

... *Auctor incertus* ITINERARII, quod vulgo sub ANTONINI AVG. nomine ambulat, sive is sit IVLIVS HONORIVS. sive AETHICVS, *Ister*, sive alius, an ad hanc circiter aetatem pertinet? *M. Aurelii Antonini* opus esse non posse, verum non illo tantum, sed etiam *Diocletiani*, *Maximiani Herculei*, & *Constantini M.* temporibus recentius esse, nemo hodie dubitat, argumento eorum, qvae adnotata sunt a praeclaro istius *Itinerarii* interprete, *P. Wesselingio*, cum in Praefatione, tum sigillatim ad vocem *Iovia*, p. 130. *Byzantio*, p. 129! *Trosmis*, p. 225. *Porsulis*, p. 321. & *Diocletianopolis*. p. 330. —De eius auctore certant Grammatici, & adhuc sub iudice lis est, nonnullis *Julium Honorium* edentibus, (v. *Voss.* de *Philolog.* c. XI. §. 17. p. 59. 60.) aliis *Aethicum* laudantibus, veluti nuper *Jo. Dan. Schoepflino*, viro Celeb. in *Alsatia illustrata*, Tom. I. p. 614. & ill. *Franc. Christ. de Scheyb* ad *Tabulam Peutingeranam*, c. I. p. 12. Interim tamen sunt, qui hoc *Itinerarium* sub primis Caesaribus natum, posthaec ducum militarium commentariis, cursuumque publicorum mappis consar-

farcinatum & subinde locupletatum fuisse opinentur, tamquam vir Ampliss. *Gerard. Meermannus*, ad Libri V. *Anthologiae Latin. Epigram.* CXV. p. 394. Tom. II.

In consilium quoque vocentur *Voss.* I. de *Hist. Lat.* c. XIX. p. m. 88. & III. de *Histor. Lat.* p. m. 621. f. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. I. c. X. p. 175. &, quoad *Aethicum*, L. II. c. 8. p. 348. 349. Tom. I. item in Indice Tomi I. voc. *Autor Itinerarii*, nec non in Indice T. III. eadem voce. Addatur *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 414. f.—Varia loca huius Itinerarii scriptis singularibus quibusdam disputationibus illustravit Abbas *Bellaeus*, veluti: *Mémoire sur une voie Romaine, qvi conduisoit de l'Embouchure de la Seine, à Paris, par Mr. l'Abbé Belley*, in *Memoriis Literaturae*, Tom. XIX. p. 648.=671. aliisque similis argumenti libellis, quibus vel *Juliobonae*, vel *Augustae Veromanduorum*, vel *Limoni Pictonum*, vel *Augustoriti*, vel *Ratiati* memoriam idem vir doctus renovavit, ibid. Tom. XIX. p. 633.=647. deinceps p. 671.=735.

Juliano solo, 361.-363.	362.	THEMISTIVS, cognomine Ἐυφραδὴς, Philosophus Peripateticus, et orator, hoc anno Praefectura vrbis Cpolitanae a *Juliano* AVG. ornatus, aliquamdiu post vsque ad primordia *Arcadii* principatus eloquentiae famu eminuit. v. *Iuliani* oratio, vel potius *Epistola* ad *Themistium* p. 253.=267. *oper.* — *Socrates*, IV. *Hist. Eccl.* c. XXXII. — *Svidas* in v. Θεμίστιος. — *Voss.* de *Philoso-*

losoph. Sectis, c. XVII. §. 18. p. 90. — *Ionsius*, L. III. de *Script. Hist. Philos.* c. XVI. §. 3. p. 90.=92. — *Pope Blount*, p. 229.=231. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XVIII. p. 1.=59. Vol. VIII. — *Jac. Bruckeri Hist. Crit. Philos.* Tom. II. Per. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. V. *de Secta Peripatetica.* § XVI. p. 484.=490. & in *Append.* f. Vol. VI. p. 3 8. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 202. f. et Vol. II. p. 1644. & *Hamberger.* Part. II. p. 839=844.

. . . CLAVDIVS MAMERTINVS, minor, Orator, diversus a superiori *Mamertino* ad A. c. 288 Hic enim *Iuliano* Imperatori pro Consulatu, quem anno modo ante notato cum *Nevitta* gessit, singulari oratione gratias egit.

v. *Fabric. Bibliotb. Latin.* L. II. c. 22. p. 771. 772. Tomo II. vel. p. 426. Tom. II. edit. Lipsiensis. it. *Bibliotb. Med. Latin.* Tom. I. p. 1084. et *Hamberger.* Part. II. p. 760. f.


. . . ORIBASIVS, Pergamenus, aliis Sardianus, *Zenonis* Cyprii discipulus, *Juliani* Imper. Archiater.

v. *Iuliani Epistola* ad *Oribasium* XVII. p. 384.=386. oper. — *Eunap.* de *vit. Sophist.* in Ὀριβάσιος. p. m. 170.=174. — *Suidas*, in voc. ὀρειβάσιος. — *Voss* de *Philos* c. XII. §. 28. p. 102 — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 38 p. 451.=453. Vol. IX. L. VI. c. 7. p. 639.=647. Vol. XII & L. VI. c. 9. p. 353. 354. Vol. XIII. — *Catal.*

SAECULI. IV. Principibus.	Aerae Vulg. Christianae.	PARS PRIMA.
		tal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 202. — *Hamberger.* Part. II. p. 913.=917.
	...	DIOPHANTVS, Alexandrinus, Mathematicus, Arithmeticae Analyticae, f. Algebrae praecipuus auctor. *Themistii* aetate, adeoque principe *Juliano*, floruisse, ex *Gregorii Abulpharaii* Historia Dynastiarum verisimiliter demonstrauit ampliss. *Gerard. Meermannus* in praefat. *Speciminis Calculi Fluxionalis*, Lugd. Bat. 1742. 4. (* 3. seq.) et doctiss. *Montucla* in *Historia Mathefeos*, *Paris.* 1758. 4. edita, Tom. I. Part. I. L. V. §. VI. p. 315. Interim vid. *Voss.* de *Scient. Mathem.* c. X. n. 2. p. 37. seq. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. XXII. p. 12.=15. Vol. IV. et *Hamberger.* Part. II. p. 335. 336. qui paene duobus Saeculis antiquiorem sumit.
	...	APOLLINARIS, vel APOLLINARIVS, pater, Presbyter Laodicenus, Grammaticus, & Rhetor, adeo communem habet cum filio suo scriptorum laudem, vt, quid patri debeatur, quid vicissim ad filium referri possit, et debeat, saepe vulgo laboremus. v. *Socrates*, II. *Histor. Eccl.* 46. & III. 16. — *Sozomenus*, V. *Hist. Eccles.* 18. & VI. 25. — *Suidas* in voc. Ἀπολλινάριος, Λαοδικεύς. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 225. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 16. p. 659 seq. Vol. VII. & L. V. c. 40. p. 660. Vol. IX.
Joviano, 363. 364.	363.	SALLVSTIVS, huius anni cos. fortassis.

Philosophus Platonicus, idemque, qui *de diis & mundo* graece scripsit.
vid. *Fabric. Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 643. 644. Vol. XIII. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 243. s. — Hunc *Sallustium* Philosophum περὶ θεῶν καὶ κόσμου de graeco Francicum fecit, animadversionibusque Philosophicis & criticis illustravit vir disertiss. *Job. Henr. Sam. Formeius* Berolini, 1748. 8. vid *Nov. Act. Erudit*, 1751. *Febr.* p. 85.

. . . TITUS, Episcopus Bostrensis Arabiae, sub *Juliano*, et *Joviano*, inquit *Hieronymus* de *Script. Eccl.* c. 102. *principibus fortes adversum Manichaeos scripsit libros*, rel.
v. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 228. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. I. p. 292.—294. & L. V. c. 24. p. 413. 414. Vol. VIII. Cf. quoque L. V. c. 17. p. 778. s. Vol. VII. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1655. et Tom. III. Vol. I. p. 77. — *Hamberger.* Part. II. p. 773. s.



OR.	OCC.		
Valente, 364. 378.	*Valentiniano* I. solo, 364.-367.	364.	EVTROPIVS, ortu, vt reor, Graecus, quantumvis *Suidas* in v. Εὐτρόπιος, Ἰταλός, Italum velit, si *Flavii* praenomen verum est, fortassis a *Flavio* quodam adoptatus, Sophista, et, nisi praefatio fucum nobis facit, iussu *Valentis* AVG. rerum Romanarum Scriptor. Interim anni in margine notati fidem ipse praestat X. 18. *is status*, inquiens, *erat Romanae rei, Ioviano eodem & Varroniano COSS.* qui Consulatus non bene cum *anno vrbis conditae millesimo centesimo & nono decimo* copulatur.
			vid. *Voss.* II. *de Histor. Lat.* c. VIII. p. m. 185. 186. — *Fabric. Bibl. Latin.* L. III. c. IX. p. 566.=582. Tom. I. p. 99.=105. Tom. III. it. *Bibl. Med. Lat.* Tom. II. p. 402. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 389. f. et Vol. II. p. 1230. — *Hamberger.* Part. II. p. 784.=792. — Quae *Io. Frid. Gruneri*, V. C. labore & studio prodierat editio, *Coburgi* 1752. 8. eadem secundis curis lucem vidit, ibid. 1768. de qva legi possunt *Klotzii Acta Literaria*, Vol. V. Part. II. p. 223. Tandem & *Eutropium* vna cum Metaphraste *Paeanio*, & *Sext. Rufum Festum*, vtrumque, non tenui sub adnotationum mole fessum, novis recreauit tabulis doctiss. *Henric. Verbeyk*, L. B. 1762. 8. cuius exempli meminerunt non solum *Nova Acta Erudit.* 1762. Febr. p. 41.=49. sed etiam *Klotzius*, in *Act. Literar.* Vol. I. Part. I. p. 93.=96.
			Huius vero Metaphrastis PAEANII aeta.

OR. OCC.

tatem, quis tam acutum cernit, vt definiat? nonnulla tamen de eo legere iuuabit apud *Fabricium Bibl. Lat.* L. III. c. IX. lit. K. p. 581. Tom. I.

... S. GREGORIVS NAZIANZENVS, Sasimorum primo, vili in oppido Cappadociae, Episcopus, tum ab a. C. 378. Episcopus CPolitanus, (v. *Pag Crit. Baron.* 378. n. XXII. XXIII. p. 464. 465 Tom. V.) summus *S. Basilii Magni* amicus, *S. Hieronymi* praeceptor, per eminentiam *Theologus*, orator, et carminum Scriptor. Nat. circa A. C. 300. (v. *Pagius* in *Crit. Baron.* A. 354. n. XI. XII. p. 529. 530. Tom. IV.) ☉. A. 391. argumento *Hieron.* de *Script. Eccles.* c. 117. *decessit ante hoc ferme triennium sub Theodosio principe*, et *Pagii Crit.* A. 389. n. IV. V. p. 39.=41. Tom. VI. Falsus ergo *Prosper Aqvitanicus* in *Chron.* ad A. D. 382. *Gregorius*, inquiens, *Nazianzenus vir sua aetate eloquentissimus, & Hieronymi praeceptor*, obiit. Celebritatis autem eius hunc potissimum annum ideo selegi, quod *Juliano* AVG. mortuo, et imperante iam *Ioviano*, λόγȣς ϛηλιτευτικȣ̀ς in *Julianum* recitasse videtur.

vid. praeter *Hieronymum* l. l. *Socrates*, IV. *Hist. Eccl.* c. 26. & V. 6. 7. — *Sozomenus*, VI. *Hist. Eccl.* 17. 27. & VII. 7. — *Suidas* in voc. Γρηγόριος Ναζιανζȣ. — *Voss.* de. *Poët. Graec.* c. 9. p. 77. — *Ionsius* de *Script. Hist. Philos.* L. III. c. XVI.

§. 4. p. 92. — *Pope-Blount*, p. 244.=247. — *Guil. Caveus*, L. I. Vol. I. p. 246.=249. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XIII. p. 507. =542. *Vol.* VII. Cf. simul L. V. c. 30. p. 763. *Vol.* VIII. & L. VI. c. 10. p. 797. *Vol.* XIII. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1282. Vol. III. p. 2013. f. & Tom. III. Vol. I. p. 81. f. — *Hamberger.* Part. II. p. 850.=854. Tragoediam χριστὸς πάσχων, ineptum esse centonem ex *Euripidis* verbis consutum, & *Gregorio Nazianzeno* indignum censet vir Celeb. *Lud. Gasp. Valckenaerius* in Praefat. ad *Euripidis Hippolytum* p. 11. — *Gregorii Nazianzeni* Epigrammata CCXXVIII. quae *Lud. Ant. Muratorius* in Anecdotis Graecis, a p. 1.=217. e Musei *Ambrosiani* & *Medicei* scriniis euulgaverat, ea, versione *Salvinii* metrica duntaxat addita, inutiliter recoxit *Angel. Mar. Bandini* in *Graecae Ecclesiae Monumentis* Florentiae, 1762. 8. Vol. II. gratiam tamen a literarum studiosis iniit, cum egregium Bibliothecae Mediceae Codicem, quo *Gregorii Nazianzeni orationes*, et nondum vulgati aliquot *Basilii*, *Apollinaris*, aliorum, commentarii continentur, describeret, ibidem, Vol. III.

... CAESARIVS, *Gregorii Nazianzeni* frater natu minor, a *Juliano* iam AVG. A. C. 362. primum dignitatis inter Medicos locum obtinuit, ratiocinatore *Pagio*, in *Crit. Bar.* A. 362. n.

SAECULI. IV. Principibus		AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR.	OCC.		II. p. 41. Tom. V. Medicus, & Philosophus. obiit A. 369. v. *Suidas* in voc. Καισάρειος, — *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 249. 250. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XIII. p. 542. 543. Vol. VII. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1126. & Tom. III. Vol. I. p. 82. — *Hamberger.* Part. II. p. 767.=769.
		365.	S. BASILIVS, *Magnus*, singularis *Gregorii Nazianzeni* amicus, primum Presbyter Caesareensis Cappadociae, dein ab A. C. 371. eiusdem vrbis Episcopus, (v. *Pagii Crit. Baron.* A C. 369. n. XVI. p. 270. it. ad A. C. 370. n. IX. =XIX. p. 288.=295. inprimis n. XXIII. p. 297. Tom. V.) diligenter a *Basilio*, Seleuciensi, ad A. C. 448. commemorando discernendus. Obiit A. C. 380. (v. *Pag.* 378. n. II. p. 444. f. & n. VIII. p. 456. Tom. V.) Hoc anno, quem in margine posui, Epistolam ad Senatum Tyanensem scripsisse videtur, vt probabiliter demonstravit *Pagius*, in *Crit. Baron.* A. C. 365. n. VII. p. 215.=217. Tom. V. vid. *Hieronymus*, de *Scriptor. Eccles.* c. 116. — *Theodoritus*, IV. *Eccles. Hist.* c. 19. — *Socrates*, IV. *Hist. Eccl.* c. 26. — *Sozomenus*, VI. c. 16. 17. — *Pope-Blount*, p. 241.=244. — *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 238.=243. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 19. p. 60.=130. Vol. VIII. Cf. L. V. c. 7. p. 35. Vol. VII. &

& L. VI. c. 10. p. 797. Vol. XIII. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom I. Vol. II. p. 1064. f. & Tom. III. Vol. I. p. 78. f. — *Hamberger.* Part. II. p. 804.=810. — *Basilii M. orationem de humana Christi generatione graece & latine ex recensione Juliani Garnier* . . . *nova versione*, *argumento & notulis illustravit Ioh. Bened. Carpzovius*, *Helmstadii*, 1757. 4. v. *Nov. Act. Erudit.* 1759. *Januar.* p. 35.=38. — Basilii Commentariolus περὶ τῶν Συνεισακτῶν de *Synisactis*, (qui, quales sint, docebit *Muratorius*, in *Anecdotis Graecis*, a p. 218. =240.) lucem vidit in *Angeli Mariae Bandini Graecae Ecclesiae Monumentis*, *Florentiae* 1762. 8. Vol. III.

DAMASVS, ortu Hispanus, dignitate Episcopus Romanus, ab hoc anno, vsque ad A. C. 384. quo decessit.

vid. *Hieronymus*, de *Script. Eccles.* c. 103. — *Vossius* II. de *Histor. Lat.* c. VIII. p. 187. & de *Poëtis Latinis*, c. IV. p. 56. — *Pagius*, in *Critica Baron.* ad A. C. 384. n. II. III. p. 572. 573. Tom. V. — *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 230. 231. — *Fabric. Bibl. Latin.* L. III. c. XIII. p. 628. Not. f L. IV. c. I. p. 695. & L. IV. c. 2. p. 710. Tom. I. item L. III. c. XIII. p. 153. & L. IV. c. 3. p. 425. Tom. III. nec non *Bibl. Med. Latin.* Tom. II. p. 9. =17. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I

SAECULI. IV. Principibus.		AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR.	OCC.		I. Vol. III. p. 2019. Tom. III. Vol. I. p. 145. f. & p. 440. item *Hamberger*. Part. II. p. 825.=828. — Quae ratio et vſus libri *Damaſo* vulgo tributi de *Romanis Pontificibus* ſit, loco, vbi minime quaeras, oſtendit *Pagius*, in *Critica Baroniana* ad A. C. 67. n. VII.=XIV. p. 642.=647. Tom. I. ed. *Luc.*
		...	APOLLINARIS, aliis APOLLINARIVS, *Apollinaris*, Presbyteri, cuius modo ante memini ad A. C. 362. Filius, patre digniſſimus, Episcopus Laodicenus, auctor haereſeos *Apollinariſtarum*, Philoſophus, Grammaticus, Rhetor, et Carminum Scriptor. Hoc anno, qui eſt Conſulatus *Gratiani*, et *Dagalaiphi*, nomen eius inprimis celebratur, argumento *Prosperi Aquitanici* in *Chronico integro* apud *Caniſium*, *Lection. Antiqv.* T. I. p. 293.
	Valentiniano, I. cum filio,		vid. *Hieron.* de *Script. Eccleſ.* c. 104. — *Socrates*, II. *Hiſt. Eccl.* 46. & III. 16. — *Sozomenus*, VI. *Hiſtor. Eccl.* 25. — *Suidas*, in voc. Ἀπολλινάριος οὗτος — *Voſſius*, de poëtis Graecis, c. IX. p. 76. 77. — *Fabric Bibl. Graec.* L. V. c. XVI. p. 658=668. it. L. V. c. XXIII. p. 332. Vol. VIII. — *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1030. & Tom. III. Vol. I. p. 77. — *Hamberger*. Part. II. p. 862. 863.
	Gratiano, 367.-375.	367.	S. EPIPHANIVS, Eleutheropolitanus, Episcopus Conſtantienſis in Cypro in-

OR. OCC.

insula ab hoc, quem notaui, anno. vid. *Hieronym.* de *Script. Eccles.* c. 114. — *Socrates* VI. *Hist. Eccl.* c. X. — *Sozomenus*, VIII. c. XIV. — *Suidas* in voc. 'Ἐπιφάνιος.' κωνςαντείας. — *Pagius* in *Critic. Baron.* ad A. C. 375. n. X. p. 427. Tom. V. vbi demonstravit, *Panarium* eius anno C. 374. scriptum esse videri. = *Pope-Blount*, p. 239.=241. — *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 231.=234. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 10. p. 415. =430. Vol. VII. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1221. s. & Tom. III. Vol. I. p. 83. s. — *Hamberger.* Part. III. p. 3.=10.

circa 367. S. HIERONYMVS, Stridonensis, Presbyter, circa finem huius anni, vel initio sequentis, Monachus Bethleëmiticus. (v. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 372. n. IV. p. 367. Tom. V.) *Gregorii Nazianzeni* discipulus, Theologus, Rhetor, et Philologus, hoc et proximo Saeculo clarissimus. Nat. 331.=Θ. 420. (v. *Pagii Crit. Bar.* ad A. C. 420. n. XXI. Tom. VII.) diversus ab alio HIERONYMO, incertae aetatis Theologo Graeco.

vid. *Hieronym. de Script. Eccl.* c. 135. — *Prosper Aquitanicus in Chronico integro* ad *Bassum*, et *Ablabium* COSS. h. e. Christi 331. p. 290. ad *Arcadium* & *Bautonem* COSS. h. e. Chr. 385. p. 296. et *Theodosium IX.* & *Constantium III.* COSS. h. e. Christi 420. p. 300. *Canisii Lect. Antiquar.* Tom. I. — *Marcellinus* Comes in

 Chron.

Chron. ad *Arcadium* II. & *Rufinum* Coss. h. e. A. C. 392. p. m. 7. 8. — *Voss.* II. de *Hist. Lat.* c. XI. p. 193. s. — *Pagius* in *Crit. Baron.* variis inde ab A. C. 395. annis, vbi singulorum quorumdam librorum aetatem praeclare definivit, inprimis A. 395. n. XIX. p. 213. Tom. VI. vbi *Chronicon Eusebii* ab eo versum esse A. C. 373. nobis persuasit. — *Pope-Blount*, p. 252.=257. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 267.=274. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 24. p. 373. 375. Vol. VIII. *Bibl. Latin.* L. IV. c. III. p. 731. 732. Tom. I. & p. 447.=463. Tom. III. item *Bibl. Med. Latin.* Tom. III. p. 740.=742. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1316. 1317. Tom. III. Vol. I. p. 152. 153. — *Hamberger.* Part. III. p. 65.=85.

Alterius vero HIERONYMI, Graeci hominis, causa legantur *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 282. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 24. p. 375.=399. Vol. VIII. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 133. — et Theologus perquam elegans *Joh. Bened. Carpzovius*, Abbas regiae Luterae, in Praefatione ad *Hieronymi duo Dialogos Graecos, qui supersunt, quos iterum recensuit, & cum annotationibus brevibus Gasp. Barthii ac Christ. Daumii, amplioribus autem suis, novaque versione latina edidit* Altenburgi, 1772. 8. de quorum dialogorum priori editione retulit *Io. Aug. Ernesti* in *Nova Bibliotheca Theologica*, Tom. IX. Part. I. p. 90.

90.=95. p. 189. seq. de altera vero idem in *Bibliotheca Nouissima* Tom. II. Part. VI. p. 563.=565.

circa 368. S. OPTATVS, Afer, *Mileuitanus* in Numidia Episcopus, rerum factionis Donatisticae scriptor, *Valentiniano* & *Valente* Principibus, teste *Hieronymo*, de *Script. Eccles.* c. 110.

v. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 234. — *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. III. p. 734. Tom. I. & p. 425.=427. Tom. III. item *Bibl. Med. Lat.* Tom. V. p. 498.=500. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1479. & Tom. III. Vol. I. p. 144. f. & Vol. II. p. 905. — *Hamberger.* Part. II. p. 830.=833.

370. S. EPHRAIM, f. EPHRAEMVS, Nisibeno Syrus, circa hunc annorum orbem floruisse videtur, Theologus Edessenus. An A. C. 378. vitae finem inuenerit, haud satis liquidum est. *Hieronymus* quidem de *Script. Eccl.* c. 115. *decessit*, inquit, *sub Valente* principe. Sed *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. C. 378. n. III. p. 447. Tom. V. contendit, *Ephraemum* temporibus *Theodosii* M. floruisse, adeoque mortem eius perperam A. C. 378. accommodari.

vid. omnino *Theodoritus*, IV. *Eccl. Hist.* c. 29. — *Sozomenus*, III. *Hist. Eccl.* c. 16. — *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 235.=238. — *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. II. p. 319.=335. Vol. V. & L. V. c. 38. p. 444. Vol.

 IX.

OR. OCC.		
		IX. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1219. f. & Tom. III. Vol. I. p. 77. f. — *Hamberger.* Part. II. p. 799.=802.
	...	NEMESIVS, Epifcopus Emefenus in Phoenicia, Theologus, & Philofophus. v. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 276. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XIV. p. 549.=551. Vol. VII. addendusque ibi *Cafp. Bartbii* Index Scriptorum, in *Nemefii* libro de Homine laudatorum, ex Voluminis X. limine et principio. — *Jac. Bruckeri Hift. Crit. Pbilof.* Tom. III. Period. II. Part. II. L. I. c. III. §. XXXVII. p. 530. f. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 85. — *Hamberger.* Part. II. p. 922.
	...	S. ZENO, Veronenfis Epifcopus, e calculo *Phil. Labbei.* v. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 224. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 3. p. 420. 421. Tom. III. *Bibl. Med. Latin.* Tom. VI. p. 922.=924. Cf. quoque *Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 797. f. Vol. XIII. — *Catal. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 139. et Vol. II. p. 1035. — *Hamberger.* Part. II. p. 818.=820.
	...	PACIANVS, Barcinonenfis Epifcopus, ab hoc fortaffis annorum circuitu haudquaquam femovendus. v. *Hieron.* de *Script. Ecclef.* c. 106. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 234. 235.

SAECULI. IV. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		235. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. III. p. 731. Tom. I. et p. 428. 429. Tom. III. inprimis *Bibl. Med. Latin.* Tom. V. p. 561.=563. Cf. *Bibl. Graec.* L. VI. c. 10. p. 808. Vol. XIII. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 145. — *Hamberger.* Part. II. p. 860. 861.
	...	SEXT. RVFVS, vel RVFVS FESTVS, qui *Breviarium* suum *Valenti*, non *Valentiniano* I. multo minus *Valentiniano* II. Imperatori inscriptum, hoc anno fortassis in lucem emisit, ratiocinatore *Pagio*, in *Crit. Baron.* ad A. C. 369. n. XX. p. 278. Tom. V. — Addantur *Voss.* II. de *Histor. Lat.* c. 8. p. 186. — *Henr. Valesius* ad *Ammian. Marcellin.* XXIX. c. II. p. 612. ed. *Gron.* — *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. XI. p. 610.= 612. Tom. I. & p. 112. 113. Tom. III. it. *Bibl. Med. Latin.* Tom. II. p. 494. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 393. & Vol. II. p. 1566. — *Hamberger.* Part. II. p. 769 = 772. — Opusculum *de regionibus vrbis Romae*, eidem vulgo tributum, vna cum *P. Victore*, eiusdem argumenti Scriptore, e Codice Vaticano nouissime promulgauit *L. A. Muratorius*, in *Nov. Thesaur. Inscript.* Tom. IV. p. 2125. — Eius vero *Breviarium* cum integris *Sylburgii*, *Cellarii*, *Haverkampi*, & *selectis aliorum adnotationibus*, item *Sex Codicum Mss. collationibus* locupletatum editioni *Eutropii Verheykianae*, L.B. 1762. 8. accessit.

SAECULI. IV. Principium.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.	. . .	*Sexto Rufo* non multo maioris auctoritatis Scriptorem ad latus collocaverim :

L. AMPELIVM, nescio quem, *Libri Memorialis* Auctorem. Si enim, auctore et iudice *Salmasio*, idem sumi possit, qui a *Sidonio Apollinari*, *Carm.* IX. ad *Felicem* v. 301. laudatur, vel si in eumdem, vt suspicio est, cadat Elogium *clarae et illustris recordationis viri* apud *Symmachum*, V. *Epist.* LIV. item *illustris memoriae viri*, apud eumdem, V. *Epist.* LXVI. adeoque iam mortuum, cum ista scriberet *Symmachus*, tales certe annorum cancellos non aspernabitur.

v. *Fabric. Bibl. Latin.* L. II. c. XXIII. p. 493. s. Tom. I. et p. 784. Tom. II. vel secundum editionem Lipsiensem, Tom. II. p. 449. 450. — *Carol. Andr. Duckerus*, in Praef. ad *Florum*, stell. 2. pl. 7. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 390. s. — Cf. *Iac. Godofredus* in *Prosopographia Codicis Theodosiani*, voc. *Ampelius*, p. 38. Tom. VI. Part. II. ed. *Ritter.*

. . . VLPHILAS, Gothorum Episcopus, quatuor Euangeliorum, & aliorum fortassis N. T. librorum, vt volunt, Metaphrastes, de cuius tamen aetate, vti etiam de versione eius Gothica non omnia sunt exploratae fidei. Videantur omnino, & contendantur inter se e veteribus *Theodoritus*, IV. *Eccl. Hist.* c. 37. p. 195. Tom. III. *Philostorgius*, II. *Hist. Eccl.* c. V. p. m.

OR. OCC.

m. 471. *Socrates*, IV. *Hist. Eccl.* c. 33. *Sozomenus*, L. VI. c. 37. e recentioribus *Guil. Caveus*, l. I. Vol. I. p. 229. 230. — *Joh. Mollerus*, Flensburgensis, ad *Dan. Georg. Morhofii Polyhistor.* L. IV. c. IV. p. 747. Tom. I. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. V. p. 196. Vol. III. — *La-Crosius*, in literis ad *Johannem Chamberlaynium*, in *Thesauro La-Crosiano*, Tom. III. p. 89.=94. — *Jo. Dav. Michaëlis* in *Isagoge ad Scriptores divinos N. T.* Part. I. §. 50.=55. p. 268.=315. — *Hamberger.* Part. II. p. 792.=796. — *Franc. Anton. Knittelius* in *Dissertatione* versioni Gothicae, ab ipso editae, praemissa, c. VIII.

Equidem novissima saltem hominum eruditorum scripta, quae huius interpretationis, seu vindicandae, seu locupletandae causa in lucem prodierunt, indicabo. Praeter editionem *Eduardi Lye* Oxoniensem, 1750. 4. ab auctoribus *Novor. Act. Lipsiens.* 1754. *Octobr.* p. 577. seq. in compendium missam, nostris temporibus de *Vlphila*, eius versione, & Fragmentis, item Codicis argentei Literatura, & Glossario Vlphilano insigniter meruit vir huius antiquitatis valde gnarus, *Ioh. Ihrius*, Regi Sueciae a consiliis, & Philologus Academiae Upsaliensis. Primum enim, iunctis *Erici Sotbergii* operis, *Vlphilae illustrati* Partem I. *Holmiae* 1752. 4. emiserat, ab auctoribus *Relationum Gottingensium* de *Libris Novis*, Vol. I. *Fascic.* III. n. IV. p.

OR. OCC.

p. 55.=71. commendatam, mox *Specimen Glossarii Vlphilani*, *Vpsaliae*, 1753. 4. luce publica donavit, tum *Francisco Antonio Knittelio*, praestantissimo Guelferbytanorum Theologo, *Vlphilae versionem Gothicam nonnullorum Capitum Epistolae Pauli ad Romanos e litura Codicis cuiusdam manuscripti* rescripti Bibliothecae *Guelferbytanae*, post fidem in *Nov. Act. Erud.* 1758. *mens. Nov.* p. 661.=672. datam, *alterumque Praeconium Vlphilanum*, sive Guelferbyti, 1760. 4 sigillatim typis descriptum, sive in *Nov. Act. Erudit.* 1760. Nov. p. 613.—625. repetitum, mox Brunovici, 1762. 4. cum tabulis radio scriptis in lucem protrahenti, (vid. *Nov. Act. Erud.* 1764. *Jan.* & *Febr.* p. 20.=30. & *Nova Bibliotheca Theologica*, T. III. P. IV. p. 291.=320.) non modo *Fragmenta Versionis Ulphilanae*, cum duabus dissertationibus, altera, *de originibus Linguae Latinae & Graecae inter Moeso Gothos reperiundis*, altera *de verbis Moeso-Gothorum*, *Vpsaliae* 1763. 4. opposuit, sed etiam plura alia huius generis & argumenti monumenta, tamquam *Analecta Vlphilana*, *Vpsaliae*, 1769. 4. prodire iussit, quorum omnium librorum, & disputationum Syllogen a Theologo & Geographo illustri, *Anton. Frid. Buschingio* expectari fama fert. — *Georgii* vero *Frid. Heupelii* Dissertationem Historico-Philologicam de *Ulphila*, *seu versione IV. Euangelistarum Gothica Witebergae* olim 1693. 4. *editam*, *haud*

haud ita pridem Bremenses 1771. 8. typorum formulis renovarunt.

372. S. GREGORIVS, *Nyssenus*, in Cappadocia ab hoc ipso anno, vt credibile videtur *Baronio* in *Annal.* A. C. 369. n. XVII. p. 277. Tom. V. Episcopus, Frater *S. Basilii Magni.* Obiit post A. C. 394. iudice *Pagio*, *Crit. Baron.* A. C. 394. n. VI. p. 152. Tom. VI.

vid. *Hieron.* de *Script. Eccles.* c. 128. — *Socrates*, IV. *Hist. Eccl.* c. 26. p. 199. D. & V. 8. — *Pope-Blount.* p. 250.=252. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 244.=246. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 20. p. 143. =165. Vol. VIII. Cf. L. VI. c. X. p. 783. Vol. XIII. — *Joh. Basnagii Animadversio* in *S. Gregorii Nysseni Epistolam*, in *Canisii Lectionibus Antiquis*, Tom. I. p. 190. 191. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1282. f. Tom. III. Vol. I. p. 80. f. — *Hamberger.* Part. II. p. 865.=868.

372. VINDICIANVS, *Valentiniani* I. AVG. Comes Archiatrorum, ab his circiter annis non removendus, argumento Epistolae eius superstitis *ad Valentinianum Imperatorem.*

vid. *Fabric. Bibl. Graec.* L. VI. c. IX. p. 445.=451. Vol. XIII. Cf. L. VI. c. VII. p. 574. f. Vol. XII. *Bibl. Latin.* L. IV. c. XII. p. 864. (Not. k.) Tom. I. & *Bibliotb. Med. Latin.*

SAECULI. IV. Principibus. OR.	OCC.	AER CHR.	PARS PRIMA.
			Tom. VI. p. 833. — *Hamberger.* Part. II. p. 757.
	Gratiano ſolo, 375. mox cum *Valentiniano*, II. fratre, 375. — 383.	374.	S. AMBROSIVS, non Arelate, vt volunt, ſed Treviris ortus, (*Pag. Crit. Baron.* A. C. 369. n. XIV. p. 269. Tom. V.) ab hoc anno 374. Episcopus Mediolanenſis, iudice *Pagio*, *Crit. Baron.* ad A. C. 374. n. III. p. 412. Tom. V. Natus, A. circiter 340. (ſecundum *Pag.* l. l. ad A. C. 369. n. XIII. p. 268. eod.) ⊖. a. 397. calculo *Pagii* ad A. C. 397. n. XIX.=XXII. p. 240.=242. Tom. VI. quantumvis *Marcellinus* Comes in *Chron.* ad *Honorii* et *Eutychiani* conſulatum, adeoque A. C. 398. mortem accommodauerit, p. m. 10. Inſpiciantur *Hieron.* de *Script. Eccl.* c. 124. — *Voſſius de Poëtis Latin.* c. IV. p. 57. — *Pope Blount.* p. 247.=250. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 261.=265. — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 3. p. 731. Tom. I. & p. 430.=442. Tom. III. it. *Bibl. Med. Latin.* Tom. I. p. 223. 224. Cf. *Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 798. Vol. XIII. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1021. Tom. III. Vol. I. p. 147. 148. — *Hamberger.* Part. II. p. 907.=913.
		374.	IOSIPPVS, ſive perſonatus HEGESIPPVS, interpres latinus belli Judaici a Joſepho deſcripti. *Caſp. Barthio* ad *Claudian.* II. in *Rufin.* 7. p. 1192. vocatur *Pſeudo-Egeſippus ſive interpolati-*

OR. OCC.

latitius Iosephi Epitomator. Alii tamen aliter iudicarunt. vid. *Voss.* II. de *Hist. Graec.* c. XIV. p. 186. 187. & III. *Histor. Lat.* p. 632. 633. vbi *Hegesippum sexcentis, & fortasse amplius annis Ambrosio iuniorem fuisse censet.* — *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. III. p. 731. Tom. I. inprimis p. 440. Tom. III. item *Bibl. Med. Latin.* Tom. III. p. 582.=584. nec non *Bibl. Graec.* L. IV. c. VI. p. 231. Vol. III. & L. V. c. I. p. 189. Vol. V. — *Io. Christo. Wolfii Bibliotb. Hebraic.* Tom. I. n. 548. p. 350. — Novam huius *Hegesippi* editionem paraverat doctissim. *Otto Arntzenius*, vt apparet ex eius partim Dedicatione, partim adnotationibus ad *Catonis Disticha*, quam tamen immatura eius mors intervertisse videtur.

374. S. MARTINVS, Sabariae in Pannonia natus, ab hoc anno 374. Turonensis Episcopus. Θ. 400. *Pag. Crit. Baron.* ad A. C. 375. n. VI. p. 424. Tom. V. et ad A. C. 402. n. XX. p. 401. Tom. VI. — *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 265. f. — *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. III. p. 446. 447. Tom. III. et *Bibl. Med. Latin.* Tom. V. p. 109.=114. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1425. et Tom. III. Vol. II. p. 875. 876. — *Hamberger.* Part. II. p. 906.

376. SEVERVS SANCTVS ENDELEICHIVS, Aquitanicus, Rhetor, et versi-

 fica-

SAECULI. IV. Principibus. OR.	OCC.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
			ficator Christianus, an horum fortassis temporum esse possit? argum. *Baronii* dictorum in *Annal. Eccles.* ad A. C. 376. n. VII. p. m. 435. Tom. V. ed. *Luc.* vid. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. I. p. 682. Tom. I. & p. 278. Tom. III. *Bibl. Graec.* L. V. c. 36. p. 350. Vol. IX. it. *Christi. Schoettgenius* in *Fabric. Bibl. Med. Latin.* Tom. VI. p. 459.=461. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1607. & Vol. III. p. 2020.
		378.	PAVLVS, Alexandrinus, Philosophus, & Astrologus. vid. *Svidas* voc. Παῦλος, φιλόσοφος. — *Fabric. Bibl. Graec.* L. III. c. XX. p. 503.=505. Vol. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 203. & Vol. III. p. 2131. — *Hamberger.* Part. II. p. 799.
		...	THEODORVS PRISCIANVS, Archiater, circa haec *Gratiani*, & *Valentiniani* II. tempora floruisse videtur. v. *Fabric. Bibl. Latin* L. IV. c. XII. p. 864.=867. Tom. I. & p. 875.=878. Tom. III. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 399. — *Hamberger.* Part. II. p. 796.=798.
Theodosio I. f. Magno, solo. 379. = 383.		379.	DECIMVS MAGNVS AVSONIVS, Burdegalensis, COS. huius anni cum *Olybrio*, Orator, et Poëta. v. *Voss.* de *Poët. Latin.* c. IV. p. 55. — *Pagius* in *Critic. Baron.* ad A. C. 379. n. I. II. p. 471. 472. — *Pope-Blount.* p. 268.=270. — *Crenii Ani-*

SAECULI. IV. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		*nimadverſ. Philolog.* Part. IV. c. I. §. 2. p. 11. — *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 346. 347. *Fabric. Bibl. Latin.* L. III. c. X. p. 582.=590. & p. 690. Tom. I. it. p. 106.=109. & p. 284. Tom. III. nec non *Bibliotb. Med. Lat.* Tom. I. p. 409.=425. — *C. A. Heumannus*, in *via ad Hiſt. Liter.* c. IV. §. XXIV. p. 99. Not. g. vbi iudicium *de Auſonii religione.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 396. ſ. et Vol. II. p. 1053. — *Hamberger.* Part. II. p. 870.=878. — Ad vitam Auſonianam et quorumdum eius locorum ſive intelligentiam, ſive emendationem ſpectant huiusmodi disputationes: C. H. A. (h. e. *Henrici Cannegieteri*, *Arnhemenſis*,) *Notae ad Auſonii Moſellam*, in *Miſcell. Obſervat.* Vol. X. Tom. II. p. 161.=200. Abbatis *Taurini* diatribe *de ruinis villae Auſonianae*, (*Sur une Maiſon de Campagne d'Auſone par Mr. l'Abbé Le Beuf*,) in *Hiſtoria Acad. Reg. Pariſ. Inſcript.* Tom. XXVII. p. 152.=154. item *Eduard. Corſini Epiſtola de Burdigalenſi Auſonii Conſulatu*, Piſis, 1764. 4.
Antonius Cocchius, (non *Collus*, vt in Cl. *Drackenborchii* literis ad *Lacrosium* scribitur p. 124. Tom. I. *Thesaur. Lacroz.*) Medicus & Philologus Florentinus, *Londini*, 1726. 4. quo facto doctissimi in Batavis viri certatim ad ea illustranda converterunt animum, tamqvam *Gratianus de S. Bavone*, (h. e. *Iob. Alberti*,) in *Stricturis* suis in *Xenophontis Ephesii Erotica*, *Miscell. Observat.* Vol. III. Tom. I. p. 96.=100. porro T. S. H. S. (h. e. *TiberiuS HemsterhusiuS*,) in *Notis* et *Emendationibus* ad *Xenophontem Ephesium*, ibid. Vol. III. Tom III. p. 402.=422. Vol. IV. Tom. II. p. 282.=292. Vol. V. Tom. I. p. 17. =32. Tom. III. p. 49.=72. Vol. VI. Tom. I. p. 292.=303 & Tom. II. p. 338.=352. tum (*Frid. Lud. Abresch*) in *Notis in Xenophontem Ephesium*, L. I. & II. ibid. Vol. X. Tom. II. p. 201.=218. Tom. III. p. 345.=358. it. *Miscell. Observ. Nov.* Tom. III. p. 2.=36. & Tom. VI. p. 489.=513. Denique vir praeclarus, *Iac. Phil. Dorvilius*, bene multis in locis *Animadversionum* suarum in *Charitonem*. — *J.* vero *Gasparis*, illius viri docti, qui sub nomine *Philoromaei Adeisidaemonis*, *Vindicias adversus Sycophantas Juvavienses* scripsit *Coloniae*, 1741. 4. *Specimen dissertationis de Xenophonte Ephesio*, a me frustra quaesitum, nondum mihi videre contigit.

De *Charitone* nihil habeo dicere, praeter ea, quae in *Fabricii Bibl. Graec.*

SAECULI. V. Principibus.	AER CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		L. V. c. VI. p. 823. Vol. VI. et a primo, vnicoque eius editore, *Iac. Phil. Dorvilio*, in Praefatione & Animadversionibus ad *Charitonem*, Aphrodisiensem, Amstelaed. 1750. 4. in lucem emissum, eximie scripta sunt. — Interim auctores *Bibliothecae Scientiarum* 1760. Tom. XIII. Part. I. p. 214. nunciarunt, *Charitonis* versionem latinam a doctissimo *J. J. Reiskio* confectam, ab *Antoniolio* in Epistola Pisis edita, notatam & reprehensam fuisse. — Interpretationem vero Francicam, (*Histoire des Amours de Chereas, & de Callirrhoë, traduite du Grec, avec des Remarques, Paris*, 1763. 8.) vehementer laudavit *Klotzius*, in *Act. Liter.* Vol. III. Part. IV. p. 429. seq.
		Tandem quoad *Nicetam* nonnulla quoque e *Fabricii Biblioth. Gr. L. V.* c. 6. p. 823. Vol. VI. assumi possunt, qvae ad hunc locum pertinent.
	402.	HERACLIDES, gente Cyprius, ab eo anno Episcopus Ephesinus, neque multo post sede sua motus.
		v. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 378. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 32. p. 16.=21. Vol. IX.
	circa. 402.	SEVERIANVS, Gabalorum in Syria Episcopus, non indisertus Homiliarum Scriptor.
		v. *Gennad.* de *Script. Eccl.* c. 21. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 375. 376. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 34. p. 267.=269. Vol. IX. *Catal. Bibl. Bunav.*

OR. OCC.

Bunav. Tom. III. Vol. I. p. 90. *Hamberger.* Part. III. p. 29.=31.

404. JOHANNES CASSIANUS, ortu fortassis Gallus, postea *Scetensis* Eremi Anachoreta, tandem Monasterii apud Massilienses Abbas, factionis tandem Semi-Pelagianae auctor. ⊖. 444. Hoc autem anno dicitur ex oriente Romam missus esse.

vid. omnino *Prosper Aquitanicus* in *Chronico integro*, ad *Theodosii XIV.* et *Maximi* Consulatum, h. e. Chr. 433. p. 502. *Canis. Lect. Ant.* Tom. I. *Gennadius* de *Scriptor. Eccles.* c. LXI. *Voss.* II. de *Hist. Lat.* c. 17. p. 212. *Pagii Crit. Baron.* A. C. 404. XXII. =XXV. p. 458.=463. Tom. VI. A. C. 419. XXXVIII.=XL. p. 192. 193. et A. C. 426. XV. XVI. p. 263. Tom. VII. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 410. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 14. p. 551. 552. Vol. VII. & *Bibl. Med. Lat.* Tom. I. p. 988 = 993. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1142. & Tom. III. Vol. I. p. 159. f. et *Hamberger.* Part. III. p. 131.=135.— Obiter animadvertere debeo, errorem illum de Scythica Eremo, in *Novissima Bibliotheca Theologica* Tom. I. Part. II. p. 143. 144. satis ambitiose exprobratum aliis, iam dudum a *Pagio*, & *Fabricio*, ll. ll. notatum fuisse.

405. AVREL PRUDENTIVS *Clemens*, gente Hispanus, variorum carminum auctor Christianus. Jam attigerat LVII.

 an-

SAECVLI. V. Principibus OR.	OCC.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
			annos, cum carmina sua scribere coepisset, argumento Prooemii ad Καθημερινῶν opus. *Anti-Symmachicis* certe ejus libris necessaria non inest ratio, cur credamus, illius *Symmachicae* relationis tempore scriptos esse videri. (vid. *Pagii Critic. Baron.* A. C. 405. n. XIX p. 500. Tom. VI.) Nat. a. 348.=⊖ incertum quo anno. vid. *Gennadius* de *Script. Ecclesiast.* c. XIII. *Vossius*, II. de *Hist. Latin* c. X. p. 190. f. & de *Poët. Latin.* c. IV. p. 57. *Pope Blount*, p. 282. f. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 380. 381. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. 2. p. 696.=698. & p. 299.=301. Tom. III. it. *Bibl. Med. Latin.* Tom. VI. p. 50. 51. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. III. p. 2019. 2020. *Hamberger.* Part. III. p. 13=19. Nonnullae *Jo. Jortinii* Animadversiones in *Prudentium* leguntur in *Miscellan. Observat.* Vol. III. Tom. III. p. 320. =322. *Prudentii hymnum de Martyrio S. Laurentii* sigillatim *cum variis lectionibus & notis* emisit *Ioh. Adam. Schier*, *Guelferbyti*, 1764. 8.
Theodosio, II. f. minori. 408. = 450.	•	circa 407.	VICTOR, Presbyter Antiochenus, interpres, vt ferunt, Euangelii *D. Marci.* v. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 373. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. I. p. 232. 233. Vol. V. *Catal: Bibl. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 90. *Hamberger.* Part. III. p. 28. 29.
		410.	POLYCHRONIVS, Episcopus ab eo anno

SAECULI. V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		anno Apameenſis, in Syria, frater *Theodori Mopſueſteni*, nonnullorum librorum divinorum haud ſpernendus interpres. v. *Gvil Caveus* l. l. Vol. I. p. 388. 389. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 32. p. 165. 166. Vol. IX. *Hamberger.* Part. III. p. 124. 125.
	410.	PELAGIUS, domo Britannus, haereſeos *Pelagianae* circa hunc annum per occidentem, mox per orientem diſſeminari coeptae, auctor. vid. *Auguſtinus* in *Epiſtol.* 160. aliisque pluribus in libris. *Proſper Aquitanus* in *Chronico* integro, ad A. C. 413. p. 298. *Caniſii Lect. Antiqv.* Tom. I. *Gennadius* de *Scriptor. Eccleſ.* c. 42. *Ger. Ioh. Voſſii Hiſtoriae de Controverſiis, quas Pelagius, ejusque reliqviae moverunt, Libri VII.* item ejusdem *Disputatio* XXVII. *de haereſi Pelagii*, Operum Tomo VI. *Pagii Critic. Baron.* ad A. C. 410. XXXIII.=XXXVI. p. 600.=602. Tom. VI. item. A. C. 412. VIII.=XV. p. 8.=12. & ſequentibus annis Tom. VII. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 381.=383. *Fabric. Bibl. Med. Latin.* Tom. V. p. 658.=662.
	...	MARCIANVS, *Heracleota*, Geographus, & PHOEBAMMON, Rhetor, num *Syneſii* aetatem ferre poſſunt? ideo, quod eorundem nominum memoria in epiſtolis illius ſemipagani Epiſcopi occurrit.

 De

OR. OCC.

De *Marciano* lege *Vossium* III. *de Histor. Graec.* p. m. 302. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. II. p. 36.=38. & p. 46. Vol. III. et *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1421.

Phoebammonis vero causa idem *Fabricius* in consilium vocetur, *Bibliotb. Graec.* L. IV. c. 31. p. 457. f. Vol. IV. & *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1510.

circa 410. AVR. MACROBIVS AMBROSIVS THEODOSIVS, in codicibus vetustis vir consularis, & illustris, (v. *Alex. Wiltbemius* in *Appendice ad Diptychon Leodiense*, p. 4.) sacri certe cubiculi sub Theodosio II. praepositus, argum. l. 1. *Cod. Theod.* de *Praepositis S. Cubiculi*, L. VI. Tit. VIII. cum *Godofredi* animadversione, idemque Grammaticus, quem ab hoc annorum circuitu removere nolui propter aetatem *Vettii Praetextati*, *Postumiani*, & *Albini*, virorum illustrium, & in illius *Saturnalium* libris collocutorum, de quibus operae pretium erit legere *Iac. Godofredum*, in *Prosopographia Codicis Theodosiani*, his vocibus.

Inspiciantur simul *Pope-Blount.* p. 226. =228. *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XVII. c. I. p. 1.=11. *Fabric. Bibl. Latin.* L. III. c. XI. p. 620.=624. it. L. IV. c. VII. p. 797. Tom. I. & p. 137.=147. Tom. III. nec non de *Iohanne*, *Macrobii* defloratore, *Bibl. Med. Latin.* Tom. IV. p. 283. *Iac. Bruckeri Hist. Critic. Philosoph.* Tom. III. Period. II. Part. II. L. II. c. II.

OR. OCC.

II. §. V. p. 566. f. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 395. *Hamberger.* Part. III. p. 87.=91. — *Macrobii opera cum notis integris Isaaci Pontani, J. Meursii, Jac. Gronovii,* suisque repetenda curavit *J. Carol. Zeunius,* Lipsiae, 1774. 8.

... RVFVS FESTVS AVIENVS, Arateorum, & Periegeseos Dionysianae interpres, diversus, vt credibile est, a FLAVIO AVIANO, Apologorum Scriptore, quem Clariss. *Henr. Cannegieterus* temporibus *Antonini Pii* alligavit in Dissertatione *de aetate & Stilo Aviani* c. XII. XIV. XV. Quod si *Avienus* noster idem est, qui iuuenis *Avienus*, quem *Macrobius* inducit loquentem, I. *Saturn.* 4. VI. 7. & VII. 3. in promtu est ratio, cur eumdem a *Macrobii* aetate diuulsum nolim.

v. *Vossius*, II. de *Hist. Latin.* c. IX. p. 189. f. de *Scientiis Mathematicis*, c. 34. §. 10. p. 170. & de *Poët. Latin.* c. 4. p. 55. 56. qui tamen ad superius eum refert Saeculum. *Fabric. Bibl. Latin.* L. III. c. XI. p. 592.=594. & 606=611. it. L. IV. c. I. p. 679. Tom. I. & p. 110.=112. Tom. III. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 392. f. *Hamberger.* Part. II. p. 918. 919. In *Avieni Descriptionem orbis* sunt DD. (h. e. *Iosepb. Wassii*) *Observationes cum Anglo Editore communicatae*, immixtis passim A. et B. h. e. *Burmani*, & *Dorvilii* dubitationibus, in *Miscellan. Observat.* Vol. I. Tom. II. p. 273.=277.

OR. OCC.

277. item *Coniecturae* & *Vindiciae* in *Avieni Descriptionem orbis Terrarum auctore F. O. L. A. S.* (h. e. ut reor, *Franc. Oudendorpio*, *Literarum Antiquarum Studioso*) in iisdem *Miscell. Observat.* Vol. V. Tom. I. p 64.=80. & Tom. II. p. 165.=172. De *Flavio* vero *Aviano*, vid. *Catal. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1052. & *Hamberger.* Part. II. p. 324.=327. Addanturque variae in eum Observationes, veluti: C. H. A. (i. e. *Henr. Cannegieteri*, *Arnhemensis*,) *Notae in Flav. Aviani fabulas*, in *Miscell. Observat.* Vol. IV. Tom. II. p. 293.=312. & Vol. V. T. I. p. 33=45 *T. Æ. W. S.* h. e. *Thomae Wopkensi Adversaria critica expromta in Fl. Aviani Fabulas* a viro eruditissimo *H. Cannegietero* editas, ibid. Vol. VII. Tom. II. p. 197.=253. item Henr. Cannegieteri Ἀντίκρισις *in T. Æ. W. S. Adversaria critica expromta in Fl. Aviani fabulas*, ibid. Vol. VIII. Tom. I. p. 1.=20. nec non T. Æ. W. S. h. e. ejusdem *Wopkensii Adversaria in Aviani fabulas vindicata* ibid. Vol. VIII. Tom. II. p. 278.=286.

. . . CAELIVS AVRELIANVS, Siccensis Afer, inter Medicos antiquos Methodicus non postremus, circa idem tempus scripsisse censetur. vid. omnino *Thom Reinesius*, *III. Var. Lect.* c. XVII. & XVIII. a p. 645.=676. inprimis p. 652. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. 12. p. 862.=864. Tom. I. &

SAECULI V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.

OR. OCC.

& p. 866.=875. Tom. III. *Bibl. Med. Latin.* Tom. I. p. 874. Cf. *Bibl. Graec.* L. VI. c. IX. p. 105. Vol. XIII. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 389. *Hamberger.* Part. II. p. 438.=441.

FLAVIVS SOSIPATER CHARISIVS, & DIOMEDES, } Grammatici, an ad haec circiter tempora referri poſſint?

Chariſius certe, (cui ſimul *Statilii Maximi* nomen ex libro quodam ſcripto asſeruit Cl. *Bondam*, II. *Var. Lect.* c. X. p. 235.) ſub *Honorio* AVG. vixiſſe dicitur, COMMINIANI vetuſtioris, ſed incertae aetatis, Grammatici, paſſim deſcriptor, *Priſciano* vero Grammatico, qui hunc noſtrum ſubinde laudavit, antiquior.

vid. omnino *Georg. Fabricius* in praefat. ad editionem *Frobenianam* Baſil. 1551. 8. *Iob. Alb. Fabricius* in *Bibl. Latin.* L. IV. c. VII. p. 781. & in Indice ſub nomine *Fl. Soſipater Chariſius* Tom. I. it. p. 725.=728. Tom. III. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 406. 407. *Hamberger.* Part. III. p. 289. 290. Quo loco praeterire non poſſum, *Comminiani* iſtius librum ſcriptum habuiſſe *Melchiorem Goldaſtum*, quem ipſe laudavit ad *Paraeneticos*, p. 37. et Excerptis e *Comminiani* Codice Leidenſi vſum eſſe Cl. *Bondamum* II. *Var. Lect.* c. X. p. 239. & c. XII p. 285.

Diomedes itidem *Priſciano* vetuſtior, &

Ppp Cha-

SAECULI V. Principibus.	AER CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		*Charisio* paulum recentior esse videtur, eodem *Georg. Fabricio* iudice. vid. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. 7. p. 782. & in Indice, voc. *Diomedes*, Tom. I. p. 728. 729. Tom. III. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 407. *Hamberger.* Part. III. p. 291.=293.
	412.	S. CYRILLVS, ab hoc anno Episcopus Alexandrinus, (v. *Pagii Crit. Bar.* ad A. C. 412. n. XXIII. p. 17. & 18. Tom. VII.) praestantior eruditione Theologus, quam vir bonus, non confundendus cum *S. Cyrillo*, Hierosolymitano Episcopo, ad A. C. 309. p. 403. Θ 444. v. *Pag. Crit.* ad A. C. 444. VI. p. 565. 566. Tom. VII. Ceterum legantur *Socrates*, VII. *Hist. Eccl.* c. 7. *Gennadius* de *Script. Eccl.* 57. *Vossius* de *Scient. Mathem.* c. XI. §. 8. p. 225. *Pope-Blount*, p. 287. =290. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 391.=393. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. XXVII. p. 553.=593. Vol. VIII. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1190. & Tom. III. Vol. I. p. 92. 93. *Hamberger.* Part. III. p. 142.=146.
	415.	HESYCHIVS, Presbyter Hierosolymitanus, librorum divinorum interpres, non miscendus cum alio *Hesychio*, serioris aeui, itidem Presbytero, mox Episcopo Hierosolymitano, vt a *Guil. Caveo* factum est, l. l. Vol. I. p. 570. =572. Θ. 428. vid. omnino *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. V. p. 243.=246. Vol. VI. L. V. c. 32.

SAECULI. V. Principibus.		AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR.	OCC.		32. p. 24. 25. Vol. IX. & L. VI. c. 10. p. 753. Vol. XIII. *Bibl. Lat. Med.* Tom. III. p. 728. f. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 104.
		. . .	LVCIANVS, Presbyter Caphargamalitanus in tractu agri Hierosolymitani. v. *Gennad. de Script. Eccl.* c. 46. *Vossius* IV. de *Hist. Gr.* c. 18. p. 402. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 393. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. 17. p. 508. Vol. III. L. V. c. V. p. 559. Vol. VI. &. L. V. c. 32. p. 144. Vol. IX.
		circa. 416.	PHILIPPVS SIDETES, Presbyter, & rerum Christianarum Scriptor. v. *Vossius* L. II. de *Hist. Gr.* c. XX. p. 208. *Gvil. Caveus* l. l. Vol. I. p. 395. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 4. p. 112. 113. Vol. VI.
		417.	PAVLVS OROSIVS, Presbyter Hispanus, *S. Augustini* amicus, cui tertium nomen *Hormisdae* affinxit *C. A. Heumannus*, in *Via ad Hist. Lit.* c. IV. §. XVII. (h) Quamtumvis vero a *Prospero Aquitano* in *Chron. integro* p. 297. *Canisii Lect. Antiqv.* Tom. I. iam a. c. 396. clarus esse perhibeatur, tamen quia ad hoc potissimum tempus res orbis perduxisse videtur, celebritatem eius nominis hoc, qvam alio, designare anno malui. vid. *Gennad.* de *Script. Eccl* c. 39. *Voss.* II. de *Hist. Latin.* c. XIV. p. 202.= 206. *Pagii Crit. Bar.* ad A. C. 417.

OR. OCC.

XXIII. p. 109. Tom. VII. *Pope-Blount*, p. 290 = 292. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 393. 394. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 3. p. 736. f. Tom. I. & p. 535. = 539. Tom. III. it. *Bibl. Med. Latin.* Tom. V. p. 514 = 525. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 400. Vol. II. p. 1480. & Vol. III. p. 2134. item Tom. III. Vol. I. p. 151. *Hamberger.* Part. III. p. 59 = 65. — *Orofii* Hiftoriam olim infcriptam fuiffe *Pauli Or. moefta mundi* h. e. *Pauli Orofii Moefta mundi*, inde duo vocabula, librariorum ftupore, in vnum conflata *Ormeftam* peperiffe cenfuit *Ioh. Hildeb. Witbofius* in fingulari disputatione, *Relationibus Duisburgenfibus* inferta, 1762. n. 47. = 52. tefte *J. G. Leidenfrofto*, in *Laudatione* eius *funebri*, p. 57.

417. CLAVDIVS RVTILIVS NVMATIANVS, f. MINUTIANUS, fecundum *Voffium* de *Philolog.* c. XI. p. 60. natione Gallus, Itineris, verfibus defcripti, auctor.

vid. *Voffius*, II. de *Hift. Lat.* c. XV. p. 208. f. & III. de *Hift. Lat.* c. 2. p. m. 676. item de *Poët. Latin.* c. 4. p. 58. *Ifaac. Cafaubon.* de *Satirica Poëfi*, L. II. c. 3. p. m. 302. *Fabric. Bibl. Lat.* L. III. c. 13. p. 630. = 632. & L. IV. c. I. p. 680. Tom. I. p. 156. Tom. III. item. *Bibl. Med. Latin.* Tom. VI. p. 394. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 399. f. & Vol. II. p. 1568. *Hamberger.* Part.

III.

SAECULI. V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		III. p. 54.=57. *Iob. Iortinii Rutilius*, infertis A. & B. h. e. P. *Burmanni* & *Iac. Phil. Dorvilii* caſtigationibus, in *Miſcell. Obſervat.* Vol. III. Tom. III. p. 363.=369.
	418.	JVLIANVS, ortu Apulus, Epiſcopus *Eclanenſis*, non *Capuanus*, Sectae Pelagianae defenſor & patronus hoc anno *Zoſimi*, Epiſcopi Romani, *Tractoriis* obſequi recuſans damnabatur, & exauctorabatur. v. omnino *Gennadius* de *Script. Eccleſ.* c. 45. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 418. LVI.=LX. p. 132.=134. item A. C. 419. IV.=XIX. p. 165.=171. Tom. VII. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 400. 401. *Fabric. Bibl. Med. Latin.* Tom. IV. p. 573.=579. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1357.
	418.	MARIVS MERCATOR, Theologus Afer, floruit iam hoc anno, quo ab *Auguſtino* epiſtolam acceperat. Anno vero 429. *Commonitorium* ſuum adverſus *Pelagium* & *Caeleſtium*, *Theodoſio* II. AVG. obtuliſſe videtur. v. *Pagii Crit. Baron.* A. 429. XXIII. p. 311. 312. Tom. VII. item A. 452. IX. p. 138. Tom. VIII. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 396. 397. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 3. p. 520. 521. Tom. III. et *Bibl. Med. Latin.* Tom. V. p. 96.=99. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1438. & Tom. III. Vol. I. p. 151. *Hamberger.* Part. III. p. 158.=160.

SAECULI. V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		EVDOCIA, vero nomine ATHENAIS, *Leontii*, Sophistae Atheniensis Filia, hoc anno designata Coniux Augusta *Theodosii* II. femina non indotata ingenio, & carminum scribendorum facultate. Θ. 460.
		vid. omnino *Socrates*, VII. *Hist. Eccl.* 21. *Photii Bibliotheca*, *Cod.* 183. 184. *Voss.* de *Poët. Graec.* c. IX. p. 78. & de *Philolog.* c. II. §. 3. p. XI. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C 420. XXV.=XXVII. p. 211.=213. A. 421. III. p. 215. An. 423. III. p. 234. Tom. VII. & A. C. 460. VII. VIII. p. 238. 239. Tom. VIII. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 403. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. VII. p. 357. Vol. I. & L. V. c. 38. p. 437. 438. Vol. IX. *Just. Fontanini* in *Antiquit. Hortae* L. II. c. V. p. 259.=262. *Ioh. Christ. Wolfius* in *Catalogo Foeminarum olim illustrium*, voc. *Eudocia* p 331.=335. De hac *Eudocia* singularis est disputatio *Bourgoini de Villefore* in *Continuatione Desmoletsiana Memoriarum Literariarum & Historiae Alb. Henr. de Sallengre*, Tom. VIII. & incerti auctoris *Reflexions sur l'Attachement d'Athenais, Imperatrice d'Oriens pour Paulin, favori de l'Empereur, où l'on refute l'Auteur de la vie d'Athenais* in *Bibliotheca* eorum, qui sumtibus Wetstenii *ratiocinabantur* 1732. — Ejusdem *Eudociae* de *Martyrio S. Cypriani* carmen, cuius *Photius* meminit *Cod.* 184. & pro deperdito habitum prodiit in *Angeli Mariae Bandini Graecae Ecclesiae*

SAECULI. V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		*siae veteris Monumentis* ex *Bibliotheca Medicea*, *Florentiae* 1762. 8. Vol. I.
	420.	PALLADIVS, ortu Galata, Episcopus primum *Helenopolitanus*, tum *Asponitanus*, Scriptor *historiae*, vt vulgo nominari solet, *Lausiacae*, eo anno, ut videtur, confectae, diversus tamen, plerisque sic opinantibus, a *Palladio*, auctore vitae *S. Chrysostomi* Nat. 367.=⊖. ante 430. vid. *Voss.* II. de *Hist. Graec.* c. XIX. p. 206. *Pagii Crit. Baron.* ad A. C. 388. XV. p. 32. s. Tom. VI. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 376.=378. *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 32. p. 2.=10. Vol. IX. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 90. *Hamberger.* Part. III. p. 115.=119. — *Joh. Christo. Martini*, Philologi Altorfini, est disputatio *de vita, fatisque Palladii Helenopolitani*, *Origenianismi et Pelagianismi iniuste accusati. Altorfii* 1754. 4.
	420.	S. SIMEON, a στύλω, s. Columna, in quam eo anno ascendisse, ibique mansisse videtur vsque ad fatalem eius annum 460. STYLITES cognominatus, Anachoreta. vid. omnino *Pagii Crit. Baron.* A. 460. III.=VI. p. 236. 237. Tom. VIII. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 438. 439. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 34. p. 277. 278. Vol. IX. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1610. item Tom. III. Vol. I. p. 97. & Vol. II. p. 976. *Hamberger.* Part. III.

SAECULI V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		III. p. 196. 197. — *Acta S. Simeonis Stylitae* extant in *Actis Sanctorum Martyrum orientalium & occidentalium Iosiae Simeonis Assemanni*, Archiepiscopi Apameensis, Romae 1748. fol.
	circa 420.	S. NILVS, Eparchus CPolitanus, *Ioh. Chrysostomi* discipulus, posthaec Anachoreta & Ascetes. Cum vero *Arcadium* Imperatorem *Iohannis Chrysostomi*, in exilium missi, causa in *Epistolis* reprehenderit, praeterea in *Martyrologio Romano* dicatur sub *Theodosio Iuniore* floruisse, nolui eum serius, & remotius a *Chrysostomo* ponere, quantumvis diutius vitam produxisse eum haud ambigam. vid. *Leo Allatius* de *Nilis*, & *eorum scriptis* apud *I. A. Fabricium*, *Bibl. Graec.* in calce Vol. V. n. IV. p. 4.=45. imprimis p. 6.=11. *Pagii Critic. Baron.* A. C. 450. XV. p. 65. f. Tom. VIII. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 428. 429. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 95. f. & Vol. II. p. 900. *Hamberger.* Part. III. p. 175.=178.
	circa 420.	ADRIANVS, Monachus, librorum divinorum interpres. v. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 422. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 38. p. 381. Vol. IX. *Hamberger.* Part. III. p. 172. 173.
	422.	MAXIMVS, Taurinensis Episcopus, variarum homiliarum auctor. ⊖. 466. vid.

OR. OCC.

v. *Gennadius*, de *S. E.* c. 40. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 404. 405. *Fabric. Bibl. Med. Latin.* Tom. V. p. 186=192. it. *Bibl Graec.* L. VI. c. X. p. 800. Vol. XIII. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 163.

423. THEODORETVS vel THEODORITVS, promiscua fcriptura mox Θεοδώρητος, mox Θεοδώριτος, noviffima tamen frequentior, ab hoc anno Epifcopus *Cyri* in *Syria*, non modo nunc, fed postea quoque nominis fui gloria eminuit, Theologus eximius, & rerum Chriftianarum Scriptor.

v. *Gennadius*, de S. E. c. 89. *Voff.* II. de *Hift. Gr.* c. XX. p. 209. *Pagii Crit. Baron.* A. 423. VIII.=X. p. 230. 231. A. C. 427. IX.=XIX. p. 271. =275. Tom. VII. aliisque plurimis annis, praecipue A. 449. II. p. 1. 2. & A. 453. VIII.=XII. p. 149.=151. Tom. VIII. *Pope-Blount.* p. 292.= 295. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 405.=409. *Fabric. Bibl. Gr.* L. II. c. 10. p. 430. 431. Vol. I. L. V. c. 4. p. 124. 125. Vol. VI. & L. V. c. XI. p. 430.=450. Vol. VII. *Catalog. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1644. f. & Tom. III. Vol. I. p. 93. f. *Hamberger.* Part. III. p. 184. =190. — Incerti cuiusdam auctoris, haud dubie Gallo Franci hominis, *Cenfura quarumdam Obfervationum Henr. Valefii* in L. I. *Hiftoriae Ecclefiafticae Theodoreti* fuppeditante *Iofeph. de Bimard de la Baftie*, legitur in *Mifcell. Obfervat.* Vol. IX. Tom. I. p. 1.=

SAECULI. V. Principibus.		AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR.	OCC.		
			49. — Quod vero nomen operum *Theodoreti* edendorum fecerat *Iob. Ludov. Schulze*, vir eruditissimus, Graec. & oriental. Lingv. Professor in Academia Fridericiana, in *Nov. Act. Erud.* 1765. Jul. & Aug. p. 393.=398. hoc maxima cum laude, & bonorum suffragatione, opera subinde & studio *Job. Aug. Noesselt*, Theologi perquam eruditi, adiutus, dispunxit, recognitis, secundum *Jac. Sirmondum* quidem omnibus *Theodoreti* operibus, Graecis tamen ad fidem Codicum nonnullorum emendatis, locupletatisque, quorum *Tomus I.* lucem vidit Halae Saxonum, 1769. 8. v. *Klotzii Act. Liter.* Tom. V. P. II. p. 230. seq. *Ernesti Nova Biblioth. Theolog.* Tom. IX. Part. V. p. 387=403. & auctores *Bibliothecae Philologicae*, Tom I. Part. III. n. II. p. 21.=53. *Tomus* II. ibid. 1770. 8. de quo *Ernesti Novissima Bibliotheca Theolog.* Tom. I. Part. IV. p. 291=300. *Tomus* III. ibid. 1771. 8. vid. quoque *Noviss. Bibl. Theol.* Tom. I. Part. VII. p. 587.=604. quorum Tomorum trium rationem iunctim reddiderunt *Nova Acta Erud.* 1770. Nov. p. 507.=521. *Tomus* vero *IV.* ibid. 1772. 8. de quo itidem *Noviss. Bibl. Theolog.* Tom. II. Part. IV. n. II. p. 300.=308. & *Tomus* tandem V. ibid. 1774. 8. quem deinceps comitabitur *Index*.
		circa. 423.	An circa hæc Pharamundi, regis Francorum, tempora origines LEGIS SA-

SAECULI. V. Principibus.		AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR.	OCC.		SALICAE & RIPVARIORVM ponendae sunt? v. *Jo. Georg. Eccardus* ad *Godofr. Gvil. Leibnitii* Disquisitionem *de origine Francorum* §. XVIII. p. 256. *Legum Francorum Salicarum & Ripuariorum.* — *Heineccii Histor. Iur.* L. II. c. I. §. VIII. IX. *Chr. Schoettgenius* in *Fabricii Bibl. Med. Latin.* Tom. VI. p. 402.=405.
	Valentiniano III. 425. = 455.	425.	SABINVS, Heracleensis in Thracia Episcopus, Canonum et decretorum Ecclesiasticorum consarcinator. vid. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 411. *Fabricii Bibliotb. Graec.* L. VI. c. I. p. 25. 26. Vol. XI.
		425.	PHILOSTORGIVS, gente Cappadox, Arianorum Eunomianorumque patronus, res Christianas ab *Ario*, vsque ad fatalem *Honorii* AVG. annum, h. e. A. C. 425. stilo persecutus est. vid. *Vossius* II. de *Hist. Graec.* c. 20. p. 210. *Pope-Blount* p. 295. s. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 410. 411. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 4. p. 114=117. Vol. VI. *Hamberger.* Part. III. p. 92. 93.
		425.	OLYMPIODORVS, Thebanus Aegypti, Historicus. vid. *Vossius*, II. de *Histor. Gr.* c. XX. p. 210. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. V. p. 237.=239. it. L. V. c. 36. p. 355. et c. 38. p. 400. Vol. IX. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 206. *Hamberger.* Part. III. p. 93. 94.

SAECULI. V. Principibus		AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR.	OCC.		
		426.	*Tiro* PROSPER *Aquitanus*, Theologus, Chronographus, & verſificator. Eo anno ad Auguſtinum ſuper erroribus ſemipelagianis ſcripſiſſe videtur. Chronicon autem vsque ad A. C. 455. perduxit. Θ. circa 463. v. *Gennad.* de *Script. Eccl.* c. 84. *Voſſius*, II. de *Hiſt. Lat.* c. 17. p. 215. de *Scient. Mathemat.* c. 40. §. 9. p. 226. & de *Poët. Lat.* c. 4. p. 60. *Pagii Crit. Baron.* 413. VIII. IX. p. 29.=31. A. C. 426. X. p. 258. inprimis A. 445. XXII. XXIII. p. 591. Tom. VII. & 461. XIII. p. 246. Tom. VIII. *Pope Blount*, p. 304. ſ. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 435. =437. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 706. Tom. I. p. 521.=526. Tom. III. *Iac. Baſnagii in Proſperi Chronicon Animadverſiones*, p. 255.=263. *Caniſii Lect. Antiqv.* Tom. I. *Chr. Schoettgenius* in *Fabric. Bibl. Med. Latin.* Tom. VI. p. 35.—48. *Catalog. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1533. & Tom. III. Vol. I. p. 162. *Hamberger*. Part. III. p. 209.=217. addantur *Joh. van der Hagen Obſervationes in Proſperi Aquitani Chronicon integrum eiusque LXXXIV. annorum cyclum. Amſtelaedami*, 1733. 4.
		426.	Auctor NOTITIAE DIGNITATVM *vtriusque imperii* his circiter temporibus aſſignari ſolet. vid. *Voſſius*, de *Philolog.* c. XI. §. 15. p. 58. *Henr. Valeſius* ad *Sozomeni* VIII. *Hiſt. Eccl.* c. 25. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. V. p. 752=754. Tom.

SAECULI. V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		Tom. I. et p. 573. Tom. III.
	428.	NESTORIVS, primum Presbyter Antiochenus, deinde ab hoc anno Episcopus CPolitanus, sectae *Nestorianae* auctor. vid. *Socrates*, VII. *Hist. Eccl.* 29. 31. *Prosper Aquitanus* in *Chronico* integro, ad A. D. 428. p. 301. Tom. I. *Canis. Lect. Ant.* — *Gennad.* de *Script. Eccles.* c. LIII. *Suidas* in voc. Νεςόριος. *Pagii Crit. Baron.* A. 428. XI = XXII. p. 285 = 294. item pluribus sequentibus annis, inprimis A. 435. III. IV. p. 475. & A. 436. II. III. p. 493. 494. Tom. VII. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 412. = 414. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 33. p. 283. = 291. Vol. IX.
	429.	S. HILARIVS, ab hoc anno Episcopus *Arelatensis*, diversus ab *Hilario Pictaviensi*, de quo supra ad A. C. 350. p. 403. vid. *Gennad.* de *Script. Eccl.* c. 69. *Voss.* II. de *Hist. Lat.* c. 16. p. 210. *Pagii Crit. Bar.* A. C. 429. XXVIII. p. 314. et A. 445. XVIII. = XXI. p. 589. = 591. Tom. VII. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 416. f. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 699. Tom. I. et *Bibl. Med. Latin.* Tom. III. p. 748. = 753. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1318. et Tom. III. Vol. I. p. 160. *Hamberger.* Part. III. p. 149. = 151.
	430.	COELIVS SEDVLIVS, Presbyter Hibernus, vel Scotus, carminum Scrip-

SAECULI. V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		

tor Christianus, quem facile patior hunc anni locum occupare, cum quod *Tritbemius* de *Script. Eccl.* §. 142. eum claruisse a. 430. auctor est, tum quod in scriptis *Gennadii* exemplis, quae inspexit *Jac. Sirmondus* ad *Ennodium*, I. Ep. XXIV. Sedulius *Theodosio* Juniore, & *Valentiniano* III. regnantibus fato functus esse dicitur. *Opus* vero eius *Paschale*, quod post eius mortem satis diu in schedis latuerat, circa a. demum Chr. 495. in lucem protractum, et emendatum fuisse opinor, opera *Turci Rufi Aproniani Asterii*, qui similem quoque operam *Virgilii* Carminibus impendit. Scio equidem aliter visum esse *Iacobo Sirmondo* ad *Ennodium*, I. *Epist.* 24. *Alex. Wiltbemio*, in Adnotat. ad *Diptycha Leodiensia*, p. 10. 11. *Nic. Heinsio* in Dissertatione de *Codice Mediceo Virgilii*, p. XXXIX. *Cellario*, ad *Sedulium*, p. 10. Editori *Virgilii Burmanniani* in Praefat. Stell. 3. plag. 4. & Stell. 4. pl. 1. opinionem tamen *Heinsianam* corrumpenti, & pro *Asterio* Protogenis collega, *Asterium Praesidii* Collegam nominanti, praeterea doctiss. *Henr. Ioann. Arntzenio*, in *Specimine Observationum*, *Sedulii* carminibus subiuncto, c. X. p. 63 = 75. et Ampliss. *Gerard. Meermanno*, ad *Anthol. Latin.* L. V. *Epigr.* CXV. p. 393. Sed novi quoque, falsum esse, quod scribit *Heinsius*, et quod vulgo sumitur, vtrumque consulem promiscuis nominibus vel *Asterii*, vel *Asturii*, *Astyrii*ue appellari. Immo *Asturii* nomen alterutri Consulum non com-

competit, nisi *Protogenis* Collegae, classico et verissimo nominum Consularium teste, *Diptycho Leodiensi*, (v. *Pagi Crit. Bar.* ad A. C. 449. I. p. 1. Tom. VIII· et quae observavi ad *Diptychon Magni Consulis*, p. 11.) Licet enim vitiosa paucissimorum Fastorum chartaceorum scriptura ambiguitatem inducere videatur, *Asturium*, anni 449. Consulem, quoque *Asterium* edendo, tamen *Asterium* anni 494. Consulem, nusquam *Asturium* nominarunt libri, nec nominare proprie possunt. *Asturius* enim, *Protogenis* Collega, est *Flaviae* gentis, *Asterius* vero, *Praesidii* Collega, *Turciae Rufae*. Manet igitur *Georg. Fabricium*, *Commentar. in Poëtas Christian.* p. 136. *Jac. Usserium*, III. de *Prim. Eccl. Brit.* c. 16. *Ioh. Pearsonium*, in *Vindiciis Epistolarum Ignatii*, p. 46. *Henr. Norisium*, in *Cenotaph. Pisan.* Dissert. IV. §. I. p. 439. *Anton. Pagium* in *Crit. Baron.* ad A. C. 494. VI. VII. p. 571. Tom. VIII. *Ioh. Alb. Fabricium*, *Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 306. Tom. III. & *Justum Fontaninum*, de *Antiqv. Hortae*, L. III. p. 225.=232. longe verisimilius iudicasse, *Asterium*, *Sedulii* editorem fuisse *Praesidii* collegam, neque tamen anno Consulatus sui, h. e. Chr. 494. *Carmen* illius *Paschale* evulgasse, sed cum *Exconsul* esset, ideoque A. C. 495. Quod vero dubium obmovetur de anno decreti Gelasiani apud eruditiss. *Arntzenium*, l. l. p. 69. 70. id dudum de medio sustulit *Pagi-*

OR. OCC.

us in *Critica* l. modo ante l. —— Ceterum hic *Sedulius* fecernendus eft ab alio SEDULIO, non magni momenti *Grammatico*, interprete *Prifciani*, de quo Cl. *Bondamus* II. *Var. Lect.* c. XIII. p. 308. 309.

Interim legantur de fuperiori noftro *Sedulio Voffius*, *de Poëtis Lat.* c. IV. p. 60. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 424. 425. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 704. Tom. I. p. 293. 306. & 307. Tom. III. it. *Bibl. Med. Lat.* Tom. VI. p. 438.=442. *Catal. Bunav.* Tom I. Vol. III. p. 2020. *Hamberger.* Part. III. p. 167. =172. — Thomae Wopkenfii Adverfaria Critica in Coelii Sedulii Carmina & hymnos offert *Mifcellanearum Obfervationum Novar.* Tom. IV. p. 252.=274. — Poft *Gruneri* editionem, in *Nov. Act. Erudit.* 1748. Novembr. p. 628. feq. laudatam, de Sedulio bene meruit *Henr. Iob. Arntzenius*, v. c. *Leovardiae* 1761. 8.

431. S. PATRICIVS, Hibernorum, vt ferunt, Apoftolus. Θ. circa. 491. vel 492.

vid. *Jac. Vfferius* de *Primordiis Ecclefiar. Britann.* c. 17. *Voffius* II. de *Hiftor. Latin.* c. 16. p. 209. f. *Pagi Crit Baron.* A. C. 431. LII. p. 411. Tom. VII. et 491. XVIII. XIX. p. 539. f. Tom. VIII. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 421. *Fabric. Bibl. Med. Lat. Tom.* V. p. 597.= 602. *Catal. Bibl. Bunav.* I. Vol. II. p.

OR. OCC.

p. 1493. Tom. III. Vol. I. p. 166. *Hamberger*. Part. III. p. 267.=269.

431. THEODOTVS, Epifcopus Ancyranus, grauis *Neftorii* aduerfarius in Synodo Ephefina.
vid. *Gennadius* de *Script. Ecclef.* c. 55. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p 415. *Fabricii Bibl. Graec.* L. V. c. 34. n. VI. p. 269 =274. Vol. IX. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. III. Part. I. p. 94. *Hamberger*. Part. III. p. 125. 126.

... S. ISIDORVS, *Pelufiota*, Monachorum Abbas. vid. *Pagii Crit. Baron.* 433. XXIII. p. 462. 463. Tom. VII. *Pope-Blount* p. 286. f. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 390. *Fabric. Bibl. Graec.* L. II. c. 10. n. XLIV. p. 430. Vol. I. & L. V. c. 34. p. 253. =259. Vol. IX. *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1356. & Tom. III. Vol. I. p. 91. f. *Hamberger*. Part. III. p. 153.=156.

... FIRMVS, Episcopus Caefareenfis.
v. *Fabric. Bibl. Gr.* L. VI. c. 10. p. 781. f. Vol. XIII.

... DRACONTIVS, Toletanus, Presbyter Hispanus, & carminum Scriptor Chriftianus.
vid. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 429. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 700. Tom. I. & p. 301. Tom. III. *Bibl. Med. Aet.* Tom. II. p. 188. =190. vel ex editione Manfiana, Tom. II. p. 63. *Catal. Bunav.* Tom. I.

SAECULI. V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		Vol. III. p. 2021. *Hamberger*. Part. III. p. 164.=167.
	...	SYRIANVS, Philoxeni F. Alexandrinus, Philoſophus Platonicus Scholae Athenienſis. vid. *Voſſius* de *Philoſophor. Sectis*. c. XVI. §. 3. p. 78. *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. 26. p. 449.=454. Vol. VIII. Cf. L. III. c. XI. p. 312. Vol. II. *Jac. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſ.* Tom. II. Period. II. Part. I. L. I. c. II. Sect. IV. de *Secta Electica*. §. XXXIII. p. 315.=317. *Hamberger*. Part. III. p. 174. 175.
	...	ZOSIMVS, Comes Fiſci, et Hiſtoricus, poſt *Olympiodorum*, (v. ſupra ad A. C. 425. p. 491.) hoc circiter tempore collocandus. vid. *Photii Bibliotb.* Cod. XCVIII. *Voſſius* II. de *Hiſt. Gr.* c. 20. p. 209. ſ. *Pope-Blount*. p. 296.=298. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 468. 469. *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. V. p. 605.=615. Vol. VI. et L. V. c. 38. p. 405. ſ. Vol. IX. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 207. et *Hamberger*. Part. III. p. 94.=96.
	433.	PETRVS CHRYSOLOGVS, Epiſcopus ab eo anno Ravennatenſis. v. *Hieron. Rubeus* in *Hiſtoria Ravennatenſi*, L. II. p. m. 98. *Theſauri Italiae*, Tom. II. Part. I. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 422. *Fabric. Bibl. Med. Aet.* Tom. I. p. 1057.=1062. et *Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p.

SAECULI V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		p. 799. Vol. XIII. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1228. et Tom. III. Vol. I. p. 160. f. *Hamberger.* Part. III. p. 190.=192. — Novam Homiliarum *Petri Chryfologi* editionem paraffe *Sebaftianum Pauli*, ex Congregatione Matris Dei facerdotem, didici ex eiusdem fatis mirabili Differtatione *de Patena argentea Forocornelienfi*, olim, vt fertur, *S. Petri Chryfologi*, rel. *Neapoli*, 1745. 8. v. *Nov. Act. Erudit.* 1752. *Febr.* p. 87.=92.
	434.	VINCENTIVS, *Lirinenfis*, vel *Lerinenfis* Presbyter, Semi-pelagianismi paffim accufatus, hoc potiffimum anno inclarescere coepit. vid. *Gennad.* de *Script. Eccl.* c. 64. *Pagii Crit. Bar.* 434. XV.=XX. p. 471.=473. Tom. VII. *Pope-Blount* p. 298. f. *Guil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 425. f. *Fabric. Bibl. Med. Aet.* Tom. VI. p. 835.=837. vel fecundum editionem *Manfianam*, Tom. VI. p. 300. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1676. et Tom. III. Vol. I. p. 158. *Hamberger.* Part. III. p. 160.=162.
	434.	EVCHERIVS, Lugdunenfis ab eo a. Epifcopus. Θ. circa A. C. 454. vid. *Gennad.* de *Script. Eccl.* c. 63. *Voff.* II. de *Hift. Lat.* c. 17. p. 214. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 423. 424. *Fabric. Bibl. Med. Aet.* Tom. II. p. 354.=364. vel fecundum exemplum *Manfianum*, Tom. II. p. 115.= 118.

SAECULI V. Principibus.	AER CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		118. Cf. quoque *Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 799. Vol. XIII. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1228. et Tom. III. Vol. I. p. 160. f. *Hamberger.* Part. III. p. 179.=184.
	434.	PROCLVS, Archiepiſcopus ab eo anno CPolitanus, non confundendus cum *Proclo Lycio*, mox ad A. C. 450. nominando. Θ. A. C. 447. v. *Pagi Crit. Baron.* 434. II. III. p. 464. et 465. it. A. C. 446. VIII.=X. p. 600. 601. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 423. *Fabric Bibl. Graec.* L. V. c. 28. p. 600.=607. Vol. VIII. *Catal. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 94. *Hamberger.* Part. III. p. 146.=148.
	...	CLAVDIVS MARIVS VICTOR, aliis VICTORINVS, *Maſſilienſis* Rhetor, & carminum Scriptor Chriſtianus. Θ. A. 445. vid. *Gennad.* de *Script. Eccleſ.* c. 60. *Voſſius*, de *Poët. Latin.* c. V. p. 63. qui, neſcio quo auctore, ſub *Zenone* AVG. eum floruiſſe ſcribit. *Gvil. Caveus*, l. l. Vol. I. p. 424. *Fabric. Bibl. Lat.* L. IV. c. 2. p. 699. Tom. I. et p. 301. Tom. III. it. *Bibl. Med. Aet.* Tom. VI. p. 813. f. vel ſecundum *Manſianam* editionem, Tom. VI. p. 292. f. *Catalog. Bunav.* Tom. I. Vol. III. p. 2028. *Hamberger.* Part. III. p. 162.=164.
	435.	TABVLA Geographica, a *Theodoſio* II. ut

vt reor, vel pingi, vel cum antea iam picta esset, emendari, et renovari iussa, vnde THEODOSIANA vocatur, argumento versuum XII. *Sedulii* Presbyteri, in *Anthotog. Latina* V. *Epigr.* CXV. cuius verba: *ter quinis aperit dum fascibus annum*, meo quidem iudicio, non *annum imperii Theodosiani quintum* et *decimum* (interprete obscuri nominis, saeculique, vt volunt, VIII. Scriptore, *Dicola*, in *Introductione*,) denotant, sed annum imperii octavum et vicesimum, h. e. Chr. 435. quo *Theodosius* II. cos. XV. processit. Neque enim dubitem, quin legendum sit *fascibus*, pro *fastibus* sensu quippe communi, et vsu loquendi novissimam vocem hoc loco repudiante. Quid enim *ter quinis fastibus*, h. e. fastis imperii aperire annum? Neque vnquam AVGusti dicuntur, nescio quibus, fastis suis aperire annum, sed frequenter Consules ordinarii. Ideoque versus ille non ad principatus Theodosii II sed Consulatus eius annum respexit. Eamdem vero hanc tabulam fuisse, atque illam, qvae a pristino domino suo, *Conrado Peutingero*, homine Augustano, vel AVGVSTANA, vel PEVTINGERIANA vocari meruit, et Musei nunc Caesarei Vindobonensis haud ignobilis portio est, nemo sibi hodie persuadebit, qui egregium *Gerard. Meermanni Commentarium* in *Epigramma Anonymi*, *vel potius Sedulii Presbyteri de tabula orbis terrarum iussu Theodosii Junioris Imp. facta, in quo cum de illius, tum de*

de Peutingerianae origine, *aetate*, *ac natura ex professo agitur*, in *Anthologiae Latinae* Tomo II. a p. 392.=397. obvium legerit. ex quo fonte viri Nobilissimi, *Petr. Henr. van de Wall*, Obseruatio manasse videtur in *Peruestigatione nominis Quentouici*, Commentariorum *Societatis Literaturae Batauae*, quae Leidae est, Parti primae, Lugd. Bat. 1772. 4. inserta, §. VIII. Not. 28. p. 85.

Interim ne desit aliis vel materia, vel facultas de tabulae *Pentingerianae* aetate, natura et conditione iudicandi, nominabo saltem viros doctos, vnde argumenta in vtramque partem conquirendi opportunitas dari possit. vid. *Vossius* de *Scient. Mathemat.* c. XLIII. §. 9. p. 249. 250. *Fabric. Bibl. Latin.* in Indice Tom. I. & III. voc. *Tabula Peutingeriana.* ad quem locum animadvertere lubet, *Mensonis Altingii Commentarium MSc. in tabulam Peutingerianam* post eius mortem saepius mutasse dominos, primum ad *Adr. Relandum*, (v. *Histor. Critic. Reipubl. Liter.* Tom. XIV. p. 359.) inde occasione *Itinerarii Antoniniani* ad *P. Wesselingium*, (v. eius *Catalog.* Libror. Qvarto. n. 1337. p. 148.) tunc ex librorum eius sectione ad Cl. nostrum *R. M. van Goens*, et tandem huius beneficio ad illustr. *Scheybium* commigrasse. — *Io. Georg. Lotterus*, in *dissertatione* de *tabula Peutingeriana*, *Lipsiae*, 1732. 4. quam vna cum *Petri Bertii* de *tabula Peutingeriana* iudicio, ex *Theatro* eius *Geographiae veteris*, *Colon.*

Colon. Agrippin. 1584. fol. defumto, repetiit *Ant. Franc. Gorius*, in *Symbolis Literariis*, Romae, ab a. 1751. 8. editis, Vol. VI. p. 1.=58. — *Nicol. Freretus*, fuper *Tabula Itineraria* (*fur la Table itineraire publiée par Velfer fous le Nom de Table de Peutinger*, (in *Hiftoria Acad. Reg. Parif. Infcript.* Tom. XIV. p. 174.=178.) item : *Supplement à la notice de la table de Peutinger imprimée dans le XIVme Volume de nos Memoires, par Mr. Freret, et Le Beuf.*) ibidem in *Hiftoria Ac. Reg. Infcript.* Tom. XVIII. p. 249.=256. nec non : *Dominicus Vandellius*, in Mutinenfi Lyceo Mathematices Profeffor, de eadem *Tabula Peutingeriana, & antiqvis tabulis Geographicis* in *P. Calogerae Opufculis fcientificis & Philolog.* Tom. XLII. p. 283. et tandem qui noviffime de hoc monumento bene meruit illuftris *Franc. Chriftoph. de Scheyb*, Patricius Conftantienfis, Auftriaeque inferioris proceribus ab epiftolis, *Peutingeriana Tabula Itineraria, qvae in Augufta Bibliotheca Vindobonenfi nunc fervatur, accurate exfcripta Vindobonae*, 1753. fol. reg. vid. *Nov. Act. Erud.* 1754. *Jun.* Part. I. p. 289. et *Relat. de Libris Novis* Vol. II. Fafc. III. p. 203. Neque fatis habuit idem vir eruditiffimus huic Tabulae Commentarium, fex Capitibus abfolutum, comitem addere, in quo vel de veterum Tabulis Geographicis, vel *de Tabula Peutingeriana Theodofii M.* vt arbitratur, *cura et mandato A. C.* 393. *adnotata*, eius fortunae

SAECULI V. Principibus.	AER. CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		tunae varietate, praeſtantia, ratione & vſu differuit, ſed nomen etiam in *Nov. Act. Eruditor. Lipſienſib.* 1766. *Mart.* & *April.* a p. 76 = 80. fecit, ſe *Peutingeri Itinerarium Romanorum antiqviſſimum Commentariis*, vt vocat, *Parallelis Geographiae veteris & Novae* illuſtraturum eſſe. cui operi, iam ad finem perducto, & ad prelum, vt accepi, parato dignus velim tantis laborum ſtudiis redemtor contingat.
	438.	CODEX *legum* THEODOSIANVS, hoc anno *Antiochi* potiſſimum ICTi opera & miniſterio evulgatus.
		vid. *Iac. Godofredi Prolegomena ad Codicem Theodoſianum*, c. I. §. III. p. CCXII. et CCXIII. Tom. I. ed. *Ritter. Pagi Crit. Baron.* 435. XLI. p. 490. 491. Tom. VII. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. X. p. 833. Tom. I. & p. 806. = 809. Tom. III. *Heineccii Hiſtor. Jur.* L. I. c. V. §. 378. = 380. *Bachii Hiſtor. Iuriſprud.* L. III. c. IV. Sect. II. §. I. = IX. p. 549. = 559. *Hamberger.* Part. III. p. 135. = 139. — Ad *Legum Novellarum Divi Theodoſii Librum primum* ſunt *Animadverſiones* G. (an, vt ſuſpicor, *Job. Gavel?*) in *Miſcell. Obſervat.* Vol. IV. Tom. I. p. 153. = 156. Tom. II. p. 273 = 281. & Vol. V. Tom. I. p. 130 = 148. — Quas vero *Heineccius* in *Hiſtoria Juris* l. l. §. 380. Not. * novellas *Conſtitutiones Theodoſii* ex Codice MSS. *Ottoboniano* euulgari optauerat, quarumue notitiam habuiſſe videtur vir illuſtris, & ſingu-

gularis quondam amicus meus, *Job. Dan. Ritterus*, argumento *Praefationis* eius ad Tom. VI. Part. II. *Cod. Theodosiani*, eas haud ita pridem in lucem edidit *I. C. Amadutius*, in libro, cui titulus: *Leges Novellae V. Anecdotae Imperatorum Theodosii Junioris, & Valentiniani III. cum ceterarum etiam Novellarum editarum titulis, & variis lectionibus ex vetustissimo Cod. MSS. Ottoboniano depromtis, quibus accedunt aliae Valentiniani III. Constitutiones iam editae, quae in Codice Theodosiano desiderantur, ac tandem Lex Romana, seu Responsum Papiniani titulis anecdotis, variisque Lectionibus auctum ad fidem praefati Codicis, et alterius Sveco-Vaticani, opera et studio Io. Christo. Amadutii, qui praefationem & adnotationes adiecit. Romae* 1767. *fol.*

439 S. PRISCVS VALERIANVS, Cemeliensis Episcopus. vid. *Gvil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 427. *Fabric. Bibl. Latin.* in Indice, Tom. I. & III. voc. *Paraenetici veteres*, & *in Notis ad Paraeneticos*, item *Christ. Schoettgenius* in *Biblioth. Med. Aet.* Tom. VI. p. 781.=783. vel ex editione *Mansiana*, Tom. VI. p. 279. f. *Catal. Bunav.* Tom. III. Vol. I. p. 161. *Hamberger.* Part. III. p. 181. Not. *.

440. LEO I. f. *Magnus*, ab eo anno Episcopus Romanus, Hierarchiae latius provehendae studiosus. Θ. 461. vid. *Prosper* in *Chron. Integro* p. 303. Tom. I. *Canis. Lect. Antiquar.* — *Gennad*

OR. OCC.

nad. de Script. Eccles. c. 70. *Marcellinus* in *Chronico*, p. m. 25. *Pagii Crit. Baron.* 440. II. III. p. 529.=531. Tom. VII. & 461. III.=XIII. p. 241.=246. Tom. VIII. *Guil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 430.=433. *Fabric. Bibl. Latin.* L. IV. c. 3. p. 526.=531. Tom. III. et *Bibl. Med. Aet.* Tom. IV. p. 748.=759. vel ex editione Mansiana, Tom. IV. p. 254.=258. item *Bibl. Graec.* L. V. c. 5. p. 385. Vol. VI. & L. VI. c. X. p. 800. et 810. Vol. XIII. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 162. f. et 441. *Hamberger.* Part. III. p. 200=207. — *S. Leonis M. Opera curantibus Petro et Hieronymo Fratribus Ballerinis*, *Presbyteris Veronensibus*, *Venetiis*, 1756. fol. Tomis III. promulgata, recensuit Cl. *Io. Aug. Ernesti* in *Nova Bibliotheca Theologica*, Tom. IV. Part. VII. p. 579.=614. et Part. X. p. 867.=891. qui etiam *Semlero-Griesbachianam* disputationem Historico-Theologicam, *Locos Theologicos a Leone M. Pontifice Romano collectos sistentem*, Halae, 1768. 4. ibidem laudavit in *Bibliotheca Nova Theolog.* Tom. IX. Part. IV. p. 381.=384. — Ceterum aliquot *S. Leonis* Papae *Sermones de Quadragesima*, *de Resurrectione Domini*, & in *Festivitate Sancti Pauli* exhibent *Cypriani*, *Hilarii*, & *aliorum Opuscula a Io. Chrysostom. Trombellio* in lucem emissa, p. 232.=251.

440. SALVIANVS Presbyter Massiliensis, non Episcopus, hoc, vel sequenti anno

no suos *de Providentia & Gubernatione Dei* libros absolvisse censetur.

vid. *Gennadius* de *Scriptor. Eccles.* c. 67. *Vossius* de *Poët. Lat.* c. IV. p. 62. *Pagii Crit. Baron.* 440. VI. p. 532. Tom. VII. & 490. XXVI. p. 530. Tom. VIII. *Pope Blount.* p. 302. 303. *Goil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 433. s. *Fabric. Bibl. Med. Aet.* Tom. VI. p. 408. =412. vel ex editione *Mansiana*, T. VI. p. 145. 146. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1574. s. et Tom. III. Vol. I. p. 165. *Hamberger.* Part. III. p. 240=245. — Eius *adversus Avaritiam* libros in summulas quasdam & Epitomen redegit *I. A. Ernesti* V. C. in Prolusione Academica, *de Avaritia Ecclesiastica, et Salviani adversus Avaritiam libello.* vid. eius *Opuscula Theologica*, Lips. 1773. 8. p. 560.=564.

circa 440. ISAACVS, gente Syrus, Episcopus Nini, & Anachoreta, an hoc circiter annorum ambitu inclaruisse videri possit? Epistolam certe ad *Simeonem Stylitem* eum scripsisse aiunt.

vid. *Goil. Cave*, l. l. Vol. I. p. 434. 435. qui tamen duos Isaacos miscuisse videtur, et *Fabric. Bibl. Graec.* L. V. c. 41. p. 171. 172. Vol. X. Eius Homilias Asceticas, Arabice scriptas, sed iam olim a *Patricio* quodam, & *Abramio* graece versas, primus nuper graece edidit *Nicephorus Theotokius*, Hieromonachus, sub hac Epigraphe: Τȣ͂ ὁσίȣ πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ, Ἐπισκόπȣ Νινευὶ τȣ͂ Σύρȣ, τὰ εὑρεθέντα Ἀσκητικὰ ἐπιμελείᾳ Νικηφόρȣ ἱερομονάχȣ, πρῶτον

 τύποις

SAECULI. V. Principibus.	AER CHR.	PARS PRIMA.
OR. OCC.		τύποις ἐκδοθέντα *Lipsiae*, 1770. 4. de quibus vide *Nov. Act. Erud.* 1770. Jun. p 283. seq. & *Novissimam Bibliothecam Theologicam*, Tom. I. Part. II. p. 134.=145.
